FRANCISCI THOMASII EX COLLE VALLIS ELSAE HETRVSCI

Doctoris Medici Physici Tractatus de Peste.

Ad Illustrem & Reuerendiss. D. Ioannem Baptistam Ruynum Hospitalis S. Spiritus in Saxia Præsidem atque Antistitem meritissimum.

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE.

Ex Typographia Iacobi Tornerij & Bernardini Donangeli. 1587.

AD LECTOREM.

En tibi lector adest, qui tristis semina pestis
Auferet, & tristis semina contagij.
Hic est Franciscus Tuscus de collibus Elsæ:
Cui cedant Arabum, Graiugenumq; scholæ:
Qui veras causas, signa, & prognostica vera
Cum cura docuit, pestiferæq; luis.
Hunc studeat doctor, studeat nūc ipse scholaris;
Præ manibus habeat totaq; turba virum:
Hùc hùc concurrat medicæ studiosior Artis;
Et legat; & placita quod legit arte probet.
Ex hoc nam discent tollendi semina pestis;
Vt non dicta prius, sic placitura magis.

ILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO DOMINO IOANNI BAPTISTAE RVYNO

In Hospitali sancti Spiritus in saxia Almę vrbis Romę pręsidi, & antistiti meritiss. Franciscus Tomasius. S. D.

IN suspicione pestis, & in peste ea perturbatio est rerum omnium, vt sua quemq; fortunæ maxime pæniteat, nemoq; est, quin vbi vis, quàm ibi, vbi est, esse malit; tamen bono viro eo tempore ibi esse, miserrimum est, vbi dubium est, quia idem sensus, & eadem acerbitas ex interitu hominum. Verum quippe est, quod oculi augent dolorem; nec auerti a miserijs cogitationum valent homines. Quare etiam homines angi desiderio multarum rerum necesse est; & qui potiores sunt in regimine, maiori dolore afficiuntur, quando suæ administrationi libere interesse non possunt. Hæc vir amplissime adnotaui, & tractatulum de Peste dignitati tuæ decreui, vt facilè cognoscas in quanto sint periculo, qui medicinam profi-

 tentur,

tentur, quando tale miserrimum tempus contingeret: similiter & quanto labore molestias administrationis perferres, quando hæc euenirent. Hinc est, quod nec medici, nec perfuncti in hac calamitate hominum debent in proprio periculo præcipuum aliquem euentum postulare, & communem non recusare. Sed à Deo optimo Maximo peccatorum remissionem, & salubrem sanitatis recuperationem implorare.

Romæ die 20. Aprilis.

M. D. LXXXVI.

FRANCISCI THOMASII EX COLLE VALLIS ELSAE TVSCI MEDICI PHYSICI

Tractatus de peste.

PEstis morbus pascens mortalium corpora in ira Dei corripiens homines ob multitudinem peccatorum, tunc maximè furit sæuitq; in nos, quando multiplices factæ sunt gentes, & earum nequitia magnifice exereta est: ideo secundum hunc modum, Pestis dicitur quasi post Naturæ & Artis commoditatem lædens homines & interficiens: solius Opt. Max. Dei consilium sine Astrorum affluxione, sine temporum mutatione, & sine Terrarum euaporatione, veluti in libro Hebræorum legitur de Dauide: quæ, inquam, æquo pede pulsat pauperum tabernas, Regumq; turres; nec non tamdiu perseuerando grassatur, peregrinandoq; interemit, quousque homines sciuerint mutare propositum, vt per misericordiam Dei mutatur consilium. Atq; hæc Pestis, & Epidimia per nomen idem sonant secundum quamdam analogiam; vt Pestis nomen nullum genus animantium excludat, Epidimia verò super popularibus hominibus maximè sæuiat, & pascendo turgeat. Itaq; an Pestis sit, & quid nominis dicatur ex supra dictis patere iam potest.

Quid Pestis sit.

PEstis itaq; est morbus aut internus aut externus, pascens mortalium corpora, ob vitiati aeris euaporationem. Est quidem morbus, sed non omnis, si quidem conceduntur multagenera morborum, in quibus Pestis nomen non habet, nec minus existentiam, de quibus dare exempla, esset veluti qua clarescunt in latebris occludere. Est etiam morbus internus & externus vt inferius dicetur: & est pascens ad differentiam illorum morborum, qui non pascunt. At morbi illi pascentes sunt, qui escam sumunt à putredine, qua alieno calore in mortalium corporibus exercetur, vt pascat: & inde verum est, quod tangitur à putrido putrescit; & Poeta inquit: Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Est insuper morbus pascens mortalium corpora ad differentiam illorum corporum, quæ licet subsistentiam habeant, vti sunt lapides & similia, non dicuntur mori eo modo quo moriuntur corpora viuentium. Et secundum hanc differentiam non excluduntur à peste ea omnia, quæ vitam viuunt, vti sunt plantæ secundum vitam vegetatiuam; bestiæ secundum vitam sensitiuam; homines secundum mentē. At quòd hæc omnia corpora mortalia subiaceant pesti, longum esset exempla in medium afferre: sufficit quòd uegetabilia timent magnas temporum mutationes: sensibilia similibus laboribus languoribusq; affliguntur; at homines quando peste corripiuntur, quia præditi sunt mente, cadunt in sententiam Hyppocratis secundo Aph. 6. vbi ait: Qui dolentes aliqua parte corporis omnino dolorē non sentiunt, his mens ægrotat.

& quòd hec sit verũ, ij omnes qui pestẽ experti sunt, satis commode possunt reddere rationem. Et tãdem dicitur ob vitiati aeris euaporationẽ; in quibus verbis hæc tria includuntur, vitium quod nil aliud est præterquã fuga virtutis, idest perfectæ actionis: sic quid aliud est morbus, nisi virtutis vitiata actio? & sic secundum quòd pestis morbus est vitiat actionem corporis.

Dubitatur quonam pacto aer subiacet vitio? Et est dicendũ, quòd inter sex res non naturales præstantior est aer rebus alijs; imò cęteræ res esse nõ possunt, si in eisdem non includeretur aer, veluti patet speculantibus in omnibus. Itaq; tãquã in re cõmunissima quãdo est vitium necesse est per vicissitudinem, vt in omnibus sit. Quare si sine aere ne minimum quidem temporis esse possunt viuẽtia corpora, sine alijs vero moram habent, & tarditatẽ: merito vitiati aeris sumit pestis denominationem. Verum ne perplexitas contingat, & dubitetur, an cętera elementa & humores concurrant ad exequutionem pestis, additum est verbum, euaporationẽ. vapor namq; secundum Arist. est materia cõmunis omnibus elementis, & secundum Medicos omnibus humoribus, ex quibus corpora subiecta pesti cõstituuntur. Verùm quia talia corpora ex sententia Hypp. alterationibus per tẽpora aduenientia obnexia sunt, & materia horum corporum est secundum euaporationem, meritò dici potest, quòd qualis est Elementorum & humorum euaporatio, tale vitiũ existit, per quod plane cõcludi potest, quòd qualesit vitium aeris per euaporationem communem Elementis & humoribus, talis sit futura pestis: et cum hęc patiatur materia intensionem & remissionem, ita dicendum est de peste secundum intentionem & remissionem corporum illorum, quæ cum ea habent participationem.

Insuper dicitur secundum euaporationem & non secundum vaporem, vt cognoscatur, quòd Medicina nulla est præter sensu, & sensus cognoscit euaporationem in concreto, Philosophia verò in abstracto intelligit vaporem. Igitur quid pestis sit iam declaratum fuit: modo de eius differentijs est dicendum. Sed an ista euaporatio dicat alterationem, putrefactionem, & contagionem inferius declarabitur.

Differentiæ Pestis.

AT secundum morborum distinctiones ita & pestis distinguenda est. Morbi si quidem secundum Hyppo. & non in obscuro loco hærentes, & non multi, & in abdito positi, & quàm plurimi sunt. Ita dicendum est de Peste, quando clara est non indiget multa probatione, sed quando multa est plurima eget consideratione. Quare aut vniuersaliter, aut particulariter aut cōmuniter grassatur, & furit. Vniuersalis pestis est, quæ secundum vniuersum omnia viuentia corpora pascit, vt segetes, animalia, homines. Cōmunis verò pluribus generibus corporum viuentium aduersatur, vt arboribus, & bestijs. Particularis tandem quę in vno genere tantum sæuit, furitq; vt sæpe visum aliquando in arboribus tantum, sæpius in bestijs, & aliquando in hominibus solum. Secundum quam distinctionem non est sermo noster velle declarare differentias Pestis, sed prout pascit homines, & in eos sæuit, furitq; quos per tempora aduenientia adoritur, & aggreditur. Quare differentiæ huius generis pestis etiam aut interiores sunt & non patentes, aut exteriores & visu percipiuntur. Exteriores igitur sensibus subiacent, vtpotè visui, odoratui, gustui, auditui,

tui, & tactui, de quibus inferius exempla patebunt. Interiores verò, quia vt plurimum super sensum sunt sola ratione manifestantur. Quæ omnes differentiæ ita allegantur experimentis, vt hæ sine illis quodammodo discerni non possint. At dicet quis non euacuantur omnes differentiæ, etenim aliæ per se sunt, aliç per accidēs; similiter aliç propriæ, aliç à proprietate, aliæ secundum materiam, aliæ secundum formam, & similes infinitæ, quàm plures.

Cui respondetur, quòd hæ omnes secundum collectionem facilè referuntur ad primam distinctionem, & quæ qualesq; sint inferius declarabuntur, cum de causis pestis agetur. Modò concludi potest, quòd pestis distinctio si per hunc modum fiet, facilè innotescet quæ intensior & quæ remissior pestis; & in qua experimentum sit periculosum futurū, & in qua non. Contingit autem hæc perplexitas quando Medicus decipitur in sensu, qui facit probationem, aut quando fallitur in ratione, & extollit opinionem.

Proprietates pestis.

PRoprium quidem pestis est pascere, putredinem generare, & contagionem parere. Quæ proprietates ita corpora inficiunt, vt non cognoscas eadem esse quando à peste corripiuntur, de quibus inferius dicetur. Noxa itaq; maxima pestis est, & toti corpori aduersa, cordi tamen potissimum, quia in eo corpus euicturum se confidit. Quare eius proprietates si cognoscuntur secundum qualitates vitiosæ sunt, si secundum substantiam mortales, quia inimicitias cum natura gerit, & certamen semper habet ad multos dies. Cor inquam sustinet primum impetum pro eius prauitate

uitate & copia atq; interim expellit ad exteriora corporis id, vnde nigræ, & ceruleæ papulæ, viridia & rubea exanthemata passim per cutim efflorescunt, quibus ægrimanus dant, victos se fatentur, & interim obeunt. Hæc inquam origo est febrium, & tuberculorum pestilentum, quæ forma sunt cuniculosa, curatione tamen non desperata. Quare secundum has proprietates et alias multas, expeditis auxilijs, antequã humores venenati tumescant & prodeant tubercula est succurrendum, id quod sæpius fit post triduum vel quatriduum. Et hac præcautione neglecta, non solum curationem respuit Pestis confirmata, sed cum aliquantulum processerit, etiam fit contumacior, vt omnes Doctores de ea loquentes maxime insinuant, & ostendunt.

Accidentia siue Signa præsentis & futuræ Pestis.

V*Erùm vt quisq; metuat & formidet futuram et præsentem pestem, noxa calamitosissima quæ ab eadem contingit hominibus, facit, vt cum horrore sit mæstitia & timor: Propterea non erit præter intentum narrare accidentia, & signa præsentis, & futuræ pestis, vt periti in medicina facilius sciant docere præcautionem & curationem quandocunque expedierit, & opus fuerit succurrere indigentibus.*

Signa & accidentia Pestis præsentis, & futuræ varia sunt, sicut & differentiæ & proprietates diuersæ; de causis inferius dicetur. At signa & accidentia cum aliquid representent & significent modo conscribentur, vt facilius innotescant, quæcunq; de feritate Pestis

te Pestis conscribenda sunt.

Signa itaq; secundum Astronomicas decantationes quæ à cælo contingunt, sunt errantium syderum congressiones, cometarum exortus, ignium per aerem & flammarum accensiones, illis in locis præcipue conspectæ, vbi Pestis futura est.

Signa à violentia sunt Calida & humida intemperies, austrini flatus, pluuia multa à ventis quieta, præcipuè in locis humidis: in regionibus verò frigidis, altis, montosis, ventosis, flante Borea, sicco & frigido cælo.

Signa à cibis & potibus, multorum interitus, quando plurimum sæuit in eos, qui teterrima vtuntur victus ratione.

Signa à loco, plurimorum clades, quæ in eos furit, qui loca depressa inhabitant à vento Borea tecta, cælo crasso, & inerti mutatione obnoxio.

Signa verò particularia quæ sumuntur ab ijs qui aut peste laborant, aut difficulter eam vitare possunt, hæc sunt, videlicet.

Homines multo sanguine abundantes, pueri carnosi, feminæ molles, iuuenes intemperati.

Febres insuper quæ septimam vix pertrãseunt diẽ, licet amplius cum multa molestia pa tientium durare possint, & cum periculo quoq; & temperatis & intemperatis hominibus contingere solent.

Morbi peracuti & perturgentes, vt viginti quatuor horas non attingant; aut biduum aut triduũ hominibus vita decedentibus. Quæ signa arguunt humorum venenatorum prauitatem, multitudinem, & vitium, seu caloris naturalis imbecillitatem.

Signa etiam sumuntur ab ijs qui Peste laborant; etenim nunquam possunt consistere, huc & illuc sese

lecto

lecto impellunt, impatienter discruciantur, vigiliis torquentur, molesto sopore grauantur, vomunt, nauseant, animo linquuntur.

Quos verò pestis adoritur, iis citrà purgationem, vel venæ sectionē corpus lassum torpescit, nec sanguinis missione, nec purgatione leuatur. Vmū ægri instāter quærunt, aliqui expurgant sanguinem per os, per nares, per aluum, per verctrū loco vrinæ. Iisq; tā subitò oritur pernicies, vt perēdie aut postridie moriatur. Insuper quos deploratos somnus altus aggreditur vt excitari non possint, vnà cùm somno vitam agunt.

Purgamenta etiam omnia quæ à corpore pestilenti eduntur, fœtent, vt sudor, egestio, sputus, halitus, mucor, & huiusmodi.

Lotium atrum, turbidum, crassum, subrubeum more Iumentorum.

Sedimentum eius nunc paucum nunc multum, turbatum, cōfusum: ex opposito nunc limpidum, clarum, conspicuum, non aliter quàm in benè valentibus.

Arteriarum pulsatio nunc obscura, frequens, intercidens; nunc plenior, vndosa primum, deinde paulatiue ad eum modum. Quæ percipitur in iis qui sudore frigido affecti affliguntur, & eneruantur.

Vermes pueris ac senibus: lumbrici, ascarides cucurbitini per egestiones.

Tussis multa sed frustrà & nihil excreantes.

Exanthemata nigra, cerulea, purpurea, corpus reddet, vel in secunda vel in tertia die.

Alæ, inguina, glandulæ, post aures, aliæq; partes corporis Bubone, carbunculo, phlegmone, cæterisque Tuberculis difficillimis, & quæ non nisi cum maximo ægrorum periculo cicatrice obducuntur, intumescunt.

Appeten-

Appetentia cibi nulla, aut auidior solito, et debito.

Cordis tremor, animi deliquiū quādo mors instat.

Alui profluuium, nunc versicolores egestiones, nunc cinericiæ, nunc atrę, nunc flauæ, & interdum vnica deiectione tam multæ, vt de Lienteria sit timendum.

Ventris tensio, & hypochondriorum inflatio.

Stupor, amentia, balbutientia.

Hæc inquam signa & accidentia ferè omnes ægrotos ad tertiam, quintam, & septimam diem expirare notantur. Animaduertendæ autem sunt ægrotantium vires secundum integritatem & imbecillitatem; & noscendum est venenum, an in corporibus plus minusq; accrescat.

Pestis indicationes.

QVæ faciunt in Medicina fidem non fallacem, nec spe dubiam quandocunq; pestis futura est, præcognitiones & Indicationes sunt, quæ hunc secum ferunt modum.

Primò febris est continua, mali moris, maxima ex parte letalis: siquidem febris hæc in venenatis humoribus exardescit. Et si qui sunt qui euadunt ab ea, qui pauci sunt, salutem magni cōferre iudicatur; quod patet experimento. Si quidem aliqui excæcantur, aliqui obsurdescunt, alij rigent, alij neruis obtenduntur. Hæc autem omnia solent accidere ijs qui Medico non obediunt, aut quando Medicus remedijs conuenientibus morbum non curat, vti ex sententia Auicennæ præcipitur.

Exitus insuper febrium pestilentum infelix, quia semper potius mortem quam vitam pollicetur.

Error etiam Medicorum in curatione, quando negligentes causas manifestas; occultas & delitescentes rimantur, quare non intelligunt quæ nam hæc febris sit.

Secundo, quia desunt Medici secundum necessitatem, & chyrurgilicet vocentur non succurrunt ægris. Inde sequitur, quòd cũ multi sint infirmi pauci visuntur, eo quòd forsitan sibi cauent, & timent. Ministri vero auaritia ducti, ijs solis præsunt, per quos ditari possunt.

Tertio, sordida plebs, frequentia hominum spurca, veluti sunt iudæi, carnifices, coqui, fartores, & deniq; auara & immunda turba; gens uorax & gulosa, in quibus omnibus sanguis putrescẽs gignitur. Similiter homines libidinosi, & qui desides vitã agunt: Sardanapali, mihi crede; hi omnes multã & veram faciunt ad futurã pestem cognitionẽ: etenim cuncti sunt funera & ad pestẽ paratus triumphus. Sunt etiam & rustici agricolæ et qui seruitia agunt, quando diu noctuq; terrore pestis trementes, vel quia tristem imaginem eius horrent, ob multorum cadauera, vel quia audiunt, vel vidẽt multos feretro deportari ad sepulturam. His inquam tremor in loco pestilenti hominibus contingens tale ijs vitiũ contrahit, vt qui morbus erat separabilis arte factus ex multorum obitu contagiosus in pestem transuolet. Si quidem accidentia animi fortiora, non solum alterant temperamentum corporis, sed vitiant. & ad cõtagionem inducunt faciendam, recipiẽdamq; atq; hoc modo fit, vt vnius accessu in totam familiã, villam, ciuitatemq; pestis inuehatur.

Quarto, dum furit pestis examinandi sunt qui corpore sani, & cognoscendi qui corpore sunt parati ad morbum suscipiendum. Inter quos sunt tenera corpora, ma-

ra, mollia, & delicata: vt sunt infantes pueri, adolescentes: sunt, & biliosi, graciles, calidi temperamenti. quibus corpus rarius textura est, & quibus laxiora cutis spiracula. Insuper homines cachochimi, hydropici, athletici, stomachici splenici, icterici, è morbo conualescentes, qui prauis cibis vescuntur, vt sunt feminæ, quibus arborum fructus nondum maturi & cruda olera sunt in delitijs. Qui lacte, butyro, caseo plurimo vescuntur. Qui cibo se ac vino ingurgitant. Quibus cum munditia nullus decens ornatus est. Quare corpora quæ prauis succis affluunt, reliquis in maiori discrimine versantur; exempli gratia, citissime in sanguineis, calidis, & humidis; postea in biliosis, deinde in pituitosis, postremo vero loco in melãcholicis; et tandem ęgerrime & tardissime, difficillimeq; in temperatis, quoniam ob compositionis robur & temperaturæ firmitatem, constantissime ac fortissime à putredinis occursionibus sese defendunt, & custodiunt.

Pestis Causę & principia vniuersaliter dicta.

AT quæ pestis causæ principia assignari possint, ex medica administratione secundum eam necessitatem, qua coacti sunt homines perquirere & inuenire medicinam, non est ab re inuestigare. Eiusdem enim scientię est morborum causas nosse, et morbos curare posse. Difficultatē autē maximã secum fert cognitio causæ, dicente Hypp. Causa est, qua posita ponitur morbus, & qua remota remouetur. Ideo primo describētur errores nonnullorũ, qui opinati sunt scire posse causas pestis: et nullã inuenerũt probationis rationē. Deinde manifestabo quomodo prędictæ causę secundũ

Hypp. innotescant, vt fortasse de ijs nulla sit amplius futura dubitatio.

Fabulantur itaq; Astrologi oppositiones & coniunctiones syderum tantam vim habere, vt pestem inducant, & mortem inferant hominibus: sed non animaduertunt quòd illi possunt sua libertate eas vitare. Insuper quis vmquã potuit stellas dinumerare? quare siquid pulchrum & diuinum est in ijs, potius facit ad decentiam & bonitatem, quàm ad insalubritatem & ad mortem.

Errant etiã qui pestis causas ignotas esse fatentur; quia non compactam eius naturam esse affirmãt; quod si hoc esset verum, falsum quidem foret, vt ab effectibus explicarentur causæ, & sic nullæ essent curationes; & per consequens non esset Medicina. Super qua multi & plurimi experimentatores & rationales pro eius veritate insudauere.

Errant insuper quam plures, qui dicunt, de peste asignari non possunt causæ, quia hæ causæ complectuntur illam partem Medicinæ, de qua inquit Hypp. et qui victi sunt à morbo curationem nõ aggredi, quia tales Medicina sanare non potest: ex quibus verbis inferunt frustra sunt illæ causæ quæ reduci non possunt ad curationem. quare & curationem pestis abnegant, & ponunt in medio fortunã, si vmquã datur, vt aliqui ægroti per curationem à peste redimantur. Quibus responderi potest, quòd pestis principia & causæ sunt difficillime cognitionis & curationis, sed ijs cognitis quia Medicina est, difficultas soluitur saltim per hoc, vt habitis experimentis sine periculo de facili veniunt Medici in cognitionem rationum; atq; hoc pacto Medicina nihil aliud est quam experimẽtorum cum ratione comprobatio.

Errant porrò qui ab vdo cęlo causas dependere arbitrantur. Dicunt enim vdum cælum aptissimum esse ad procreandam pestem. Ineptitudo autem contingit, quando turbidus est aer, nebulosus, & nulli temperamento commodus. Quibus respondetur, quòd cęli ineptitudo, vt puta aeris & venti flatus non sunt sufficiens causa ad generandam pestem. Simplici enim elemento conceditur castigatio & medela, vt dicitur dę ijs, quæ sibi ipsis contraria sunt.

Errant adhuc qui proferentes cęlum esse Pestis causam, intelligunt cęlum pro aggregato omnium elementorum. Quibus dicitur, posse ex ineptitudine singulorum & omnium nasci morbos, modo in hac, & modo in illa regione; sed quòd semper hi morbi subeant naturam Pestis non est arbitrandum.

Errant tandem qui Pestis causas & à cęlo secundum aggregationem, & à cibis, & potibus potissimum oriri, & cum ijs intelliguntur humores, ex quibus cōstituitur homo, nutritur, reficitur, & seruatur in vita si boni sunt. Nā si mali sunt, potius faciunt ad dissolutionem quàm ad sanitatem. Et hi non tota errant via, sed non completur tota cōstitutio Pestis, quæ aliunde habet suam vim, & feritatē, vt inferius declarabitur.

Pestis terminatę & proprię causę.

QVoniam igitur ex supradictis causis nō possunt veræ medicæ, & terminatæ administrationes procuranda Peste enucleari, non erit præter intentū nouas adducere, quæ ex intentione Hypp. conscribentur. Ponit itaq; Hypp. tria causarum seu principiorū genera in procreatione morborum, duo quidem interna, & externum alterum; at externum quidem violen-

tia eſt: interna verò cibus & potus ex vno genere, ex altero verò humores; declarantur autem hæc tria genera cauſarum ſic. Violentia ſumitur à cęlo, à ſyderibus, à ventis, flatiſq; violētis, vnde corpora maxime lędun tur: & ſic à cęlo ſunt conuentus ſyderum humano generi infeſti; micantia ſydera, cometæ, ardentes faces, & ventris vitiatus aer, à quibus omnibus influxus contingere ſolet, qui generat peſtem.

Secundum genus cauſarum quod ſumitur à cibis & potibus declaratur quando corruptæ ſunt fruges, morboſa animantia, vitiatus cibus & potus.

Tertium autem genus ab humoribus ſumptum manifeſtatur ſic, quales ſunt cibi & potus, tales ſunt humores: at in tempore Peſtis quibus veſcimur bonis, maliſq; tales fiunt humores, qui in corpore hominum deprauantur per multitudinem, vel per qualitatem, vel vtroq; modo facti graues peſtem faciunt. Ex quibus cauſis & principijs inferri poteſt, quòd quando per violentiam cælum, cibi & potus, atque humores ita in exceſſu ſunt, vt vita in animantibus permanere non poſſit, tunc Peſtem turgere ſignificatur. Atq; hoc pacto eſt dicendum, quòd quando cęlum patitur exceſſum in vnaquaq; qualitatum, quę in primis corporibus elementorum exiſtunt, tunc non habens vnde caſtigetur, neceſſe eſt, vt quę ex ijſdem fiunt etiam alterentur. Similiter contingit in cibis & potibus, & etiam in humoribus, in quibus ſi tantus eſt exceſſus, vt à natura corrigi non poſſint, neceſſe eſt vt per violentiam corrumpant & ſoluant corporum temperamēta. Igitur ab inepto cęlo, à magna terrę calamitate, à cibis, & potibus putridis, & deniq; ab humoribus corruptis, concomitante violentia in aliquo exceſſu oriuntur ſeu principia peſtis. Quæq; maiorem & minorem

ſecum

secum ferunt sæuitiam & feritatem secundum intentionem & remissionem corporum ægrotantium.

Insuper dubium est, an rixæ in populis, seditiones, ac tumultuosę actiones pestem suscitent.

Similiter an grauidarum abortus, an vesicæ, costarum, & testium cruciatus in diuersis oris plurimum affligentes populos pestem insinuent. Iterum an occidente maiorem, minorem verò causam habere in oriente, & è conuerso designatur. Iam inde sanguis & bilis supra modum incalescens an vitium pestilens contrahere possint. Annus totus siccus, squalidus, nullo imbre salutaris: maxima vix bilis retorridæ aceruata: morbi pleriq; omnes biliosi, melancholici. Quæ omnia tempore Pestis contingere solent teste Hypp. an Pestem faciant.

Respondendum. Omnes quidē hę malę affectiones possunt contingere absq; quo pestis sit, & curātur à medicis per distinctas administrationes. Sed quando hæ simul cōiunctæ in his vel in illis oris, licet distinctè populū hunc vel illū afflixerint, et excessū patiuntur, et secundū violentiā in quantitate et qualitate modū nō habēt, vnde eis succurri possit aut ab arte, aut à natura, tunc dicendū morbū hunc esse pestē; quasi post naturæ & artis cōmoditatē lædens homines & interficiēs.

At quid dicendum, quando in aliqua regione, prouincia, oppido, ciuitate, priuatis ędibus oritur Pestis?

Respondendum, eumdem excessum secundum violentiam posse oriri à lacu, à palude, à stagnantibus aquis, à cloacis, à latinis, & ab alia aliqua colluuie: que omnia aerē ineptū efficere possunt. Similiter facto prælio insepultorum cadauerum fætor, assiduus imber, perennis austri flatus, ventus è pestilēti loco spirans; lutum, cœnumq; in vijs publicis: olera fętida, fructus

qui ſucco viſcido turgent, vti ſunt nuces, & ficus putreſcentes: atq; vt contingit à lino, à cannabi, à coriariis grauiter olentibus. Malæ ſunt priuatorum ædes à ſole ſemotæ, latrinæ male olētes, ſepulchra fœtida, occiſorum cadauerum putredo. Atq; hæc & ſimilia magnum faciunt adiumentum ad peſtem procurandam & reuiuiſcendam. Similiter potus aquæ in qua cadauer tabuerit, carnes emortuę vi morbi: regio paludoſa quæ pinguis eſt: concretum cęlum ſeu grauatum nebulis, & ſimilia; quæ vt dictum eſt poſſunt eſſe magnum adiumentum morbo peſtilenti, cauſis & accidentibus; attamen non ſunt cauſæ veræ & propriæ, ſed appropriatæ poſſunt ſuſcitare peſtem, quæ poteſt ſecundum tempus & occaſionem inducta alteratione, putredine & contagione alterare corpora, putredinoſa reddere, & contagioſa facere, ſecundum illas cauſas, de quibus ſupra facta eſt longa diſtinctio.

Dubitationes ſuper cauſis.

ARiſtoteles primo cęli inquit, oportet hunc mundum continuum eſſe ſuperioribus lationibus, vt inde omnis virtus gubernetur. Ergo non eſt dicendū, quòd ab alia cauſa contingat Peſtis niſi à ſuperioribus lationibus.

Cui dubitationi reſpondetur, quòd medici in ſuis adminiſtrationibus poſſunt & debent cognoſcere ſuperiora per cauſas vniuerſales, ſed quia particularibus medentur, ideò ſecundum eorum vitam adhibere debent proprias adminiſtrationes. At dicet quis, vita eſt per motum, motus à ſuperioribus lationibus, ergo & vita. Reſpondetur, medicus motum cognoſcit, & huic motui medetur, quòd ſi non poteſt per identitatem,

tatem, saltim curat per imitationem.

Secunda dubitatio, agunt superiora in his inferioribus lumine, & sicut lux temperata facit ad vitam, ita intemperata ad Pestem. Cui dubitationi respondetur, quòd si hoc esset verum continuè homines vrgeret pestis cum continuè patiantur aliqua interluminia.

Tertia dubitatio, an primę elementorum qualitates possint Pestem efficere. Respondendum per Hypp. Nouo modo artem medicam quærunt qui calidum, frigidum, humidum, siccum simpliciter lædere hominum arbitrantur.

Quarta dubitatio est. Aer qui homines ambit an contaminetur: Dicunt aliqui quòd tacito et obscuro vitio sic disponitur, vt in nullo sensu nostro percipiatur, attamen generat Pestem. Manifestatur hoc in pecorũ lue: & in hominibus, quando nulla est compensatio, neq; locus interpositus, qui aliquid hominibus aut pecoribus incommodet. Cui dubitationi est respondendũ non esse eamdẽ causam, quæ homines & pecora contaminet Peste: bene verum est, quòd aer ineptus obest corporibus, sed non omnibus; & ijs maxime nocet, quæ in coalitione male sunt disposita. Regula vniuersalis est, quòd vbi nulla est aeris mutatio, nulla terræ inuersio, & nulla aquæ motio, ibi nulla fieri potest generatio.

Quinta dubitatio est. Motus, lumen, affluxus male disposita faciunt Pestem. De motu & lumine iam responsum est, de affluxu dubitatur. Nam ea quæ inuisceribus terrę concrescunt motu, lumine & affluxu oriri poße consentaneum est. Exemplo sunt animalia quæ pariuntur, stirpes generant, germinant & fructus fiunt. Modo quando hic affluxus vitiatur secundum excessum Pestem oriri necesse est. Cui dubi

tationi respondetur, affluxum esse necessarium ad motum, & ad vitam, sed ad pestem minimè, nc continuò esset pestis inter homines. Quod hoc sit verum manifestatur: Nam affluxus hic perciperetur odore tetro, & graui, aut colore aliquo; id quod esset fortasse pestis argumentum: sed minimè cognoscitur sensu aliquo; ideo cum sit prçter sensum, nulla de eo medela fieri potest. Cum igitur affluxus sit, tamen non est ille de quo ars medica satis habet proprias administrationes.

Sexta dubitatio est. An vera sit sententia, Pestis est morbus cõmunis, mortalis contagiosus; ita vt per contagium differat proprie & principaliter à cæteris morbis. Et est dicendum quòd non, quia etiam pthisis, & hectica morbi eßent, cum per contactum lædent corpora ijs disposita.

Septima dubitatio. Et tandem licet posita sint tria genera causarum proprie facientium pestem, tamen si recte perpendetur ordo generationis eius, tria quidem sunt, sed secundum communẽ distinctionem duo sunt, videlicet externa, aut interna; externa quidem à violẽtia, ab excessu, ab affluxu euaporationis: Interna verò à cibis, potibus, humoribus alteratis putridis, cõtagiosis; in quibus si impetus excessus, affluxus et violẽtia cũ cõtagione superauerint, faciẽt pestis causas omnino mortales, penitusq; corporibus ineuitabiles esse.

Declaratio causarum per exempla.

P*Rima itaque morborum pestilentium causa sunt ea, quæ comeduntur, & bibuntur; & ea similiter quæ cum his annexa sunt. Etenim qualia ipsa sunt, tale de se alimentum prçstant aut ad vitam aut ad mortem. Quare si tanta fient, vt concoctionem non admittant,*

tant, male olent, & sequitur morbus. Hinc est, quòd si non purgetur superaddita quantitas vbi deuenerit ad summum, non habet amplius modum, nisi cum periculo soluatur. At morbus qui contingit ab ijs talia secũ fert signa. Tussis adest leuis & sicca, venter durus, fæces continentur, corpus grauatur; vomitus, febris, vrina non probe prodit. Hæc inquam omnia si patitur corpus, & non superantur à calido, & labor præter modũ corpus affligit, dum turgent symptomata, potius est iudiciũ ad mortẽ quàm ad salutẽ. Spes autẽ omnis in purgatione est vt inferius dicetur: et purgatio est moliẽda antequã corpus corrũpatur. Quòd si tãtus & talis est ciborũ, potuumq; excessus, ut à calido nõ concoquãtur, & in corpore extremũ præstent laborẽ, non est expectãda salubritas sed interitus. A quorum exitu pestis, seu pestilẽs morbus sumit aliquãdo dominationẽ, eo quòd talia corpora sũt facilis materiæ ad suscipiendã pestẽ.

Secunda verò morborum causa, quæ originem sumit, vt nonnulli dicunt, à cælo idest ab aggregato omnium elementorum secundum Philosophos, sed secundum medicos ab omniũ humorum congestione; quæ inquam elementa cum ignorentur quid sint, innotescunt tamen per primas eorum qualitates, quæ sunt, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas in abstracto. Ita contingit in medicina, nam cholera, sanguis, pituita, & melancholia sunt humores secundum corporum constitutiones. Cognoscuntur verò per calidũ frigidũ, humidum & siccum in concreto. Et quę accidentia dicuntur in philosophia, in medicina innotescunt tamquam substantiæ, quæ sub alio nomine vocantur humores. Insuper quemadmodum ex elementis fit mixtio, & secundum mixtionem miscibilium alteratorũ vnio; ita ex humoribus temperamentum. Cõmune tã his quã

illis est sympathia & antipathia, quia & ad mortem & ad vitam disposita sunt; media tamen sanitate, aut ægritudine, putrefactione, corruptione, contagione, Peste. Insuper hæc omnia tam philosophice narrata, quã medice dicta, sunt ita existentia, vt quç ex ijsdem fiãt, per tempora venientia alterationes pati necesse est. Ideo maiorem vim ea omnia habere dicendum est, quàm cibi & potus; quia cibi et potus cum sint eorum materia, potius pati quàm agere posse dicuntur, ambo tamen currunt ad temperamentum, quando simul ad vnitatem coeunt. Quando vero inter se se maxime opponuntur, aut intemperiem pariunt aut dissolutionem. Ad temperamentum autem conferunt, quando natura consentiunt inter se ita, vt frigidum sit pabulum calidi. & humidum sicci Ad intemperamentum vero decidunt, quando inter se diffident, laborem corpori præstant ita, vt dißoluatur illud temperamentum, in quo per vnionem coierunt; id quod testatur Hypp. dicens, quod ex cçlo obuenit principium, si ineptum fiat in homine, superat aliquid humoris, & velut ad morbum calefacit, & frigefacit prius si fieri contingit. Calidũ ita est; si calescit homo à cçlo, turbatur humor omnis in corpore calescens. Quòd si purgetur homo humore illo turbato secernitur quantum eius plusquam commodum est redundarit. Quare quisquis è cçlo turbationem acceperit, & morbus fuerit plurimus in principio fiente turbatione, potest deuenire ad locum vbi plurimus esse possit. Verum in turbatione spaciosa capacitate fiente secretus distrahitur, & calefacit corpus: aut alia parte corporis firmatus vna cum alio humore cũ quo est in alio loco, dolorem ac calorem exhibet. Qui vero calefactus est locus insuper etiam reliquum corpus concalefacit, & ex hoc febris oboritur; quæ obori

tur

tur magis à bile, pituita, & sanguine. In quibus si per vim à cęlo fiat excessus, non est mirum, quin sequatur aut putrefactio, aut contagio. Sed differũt hæc inter se, nam putrefactio est ad dissolutionem, contagio verò ad generationem. Et quod de calido dictum est intelligi potest de frigido, humido & sicco, secundum eam analogiam quam habent ad humores in corpore hominum.

Tertia tandem morborum causa ab Hypp. vocatur violentia, ab aliquibus affluxus, à nonnullis impetus seu excessus. In quibus omnibus vis quędam est cõmunis & cęlo et humoribus, communicata secundum corporum receptionem. Attamen violentia aut est magna, aut parua, aut maxima: Parua violentia habet paruam causam, ideo facile medelis exoluitur: magna vero quia loca lædit principalia difficulter admittit medicamenta: maxima tandem quia nullo coerceri potest iudicio, ita & nullam admittit curationem, dicente Hypp. Deploratis mali consilij est, ea remedia adhibere, quæ sanis factis plurimum contulere. Quare violentia hæc tamquam communis causa cum humoribus & cum cęlo secundum moderationem facit morbos, qui curari possunt. Secundum vero excessum facit putrefactionem & contagionem in qua morbi difficulter sanantur; at secundum impetum generat dissolutionem & mortem. Itaque in ea violentia in qua contingunt morbi aut contagiosi aut lethales aut dissolutiui, locatur pestis, de qua modo habetur sermo. Quæq; si recedit à magnitudine & accedit ad paruitatem facile vincitur: quando verò intenditur ad impetum nulla est medicabilis arte.

Quomodo pestilentes causæ grassentur corpora, & contagionem inducant.

Omnes itaq; pestilētes causæ pestem faciunt, vbi secundum excessum habeant contagionem. Sed quomodo pestis grassetur corpora est inquirendum: & primo loquar quomodo à cælo, secundo quomodo ab humoribus; tertio quomodo à violentia. De quibus licet nonnulla verba supradicta sint pro declaratione causarum secundum exempla; nunc verò clariori oratione manifestabuntur, quomodo corpora graßentur per contagionem. Aer itaq; qui nos ambit quando vitio aliquo contaminatur, duplici modo cognoscendus est: aut secum portat vitium tacitum & obscurum, aut tale vitium sensu nostro percipitur. Obscurum vitium, vt dicunt nonnulli, manifestatur in pecudum lue, & in cęterorum animalium ortu, quæ ex putri materia nascuntur. Et hoc præcipue contingit, quando neq; illa habent aliquid quod incommodet. Posset quis dicere, talis aer obnoxius vitio aliquo, licet commune elementum sit, tamen ob tale vitium omnibus corporibus non obest, nocet autem male dispositis. Enimuerò pestilens aer non fit nisi secundum exceßũ vitij ob violentiam, quę contagionem pariat, in qua magnum existit periculum. Dicet iterum aliquis, vbi nulla est aeris mutatio, ibi nulla potest fieri generatio, atque secundum hunc modum dicimus aerem vitium contrahere. Respondetur contagionem fieri non posse vbi nulla est mutatio; propterea medici & ij qui periti in rebus naturalibus sunt, fatentur illud vitium maximè oriri in aere, ob exceßum eius violentiæ, quæ

lentiæ, quæ generare potest, vel sit causa generationis Pestis & contagij. Iterum dicet aliquis, scio quòd vbi nulla terræ inuersio, vbi nulla aquæ motio, vitium est etiam prohibens generationem. Quòd autem vitium sit ignotum declaratur, quia nullam de se facit mutationem & violentiam. Sed respondetur, quòd tunc maximè sensu nostro percipitur quodnam vitium sit, quando cęlum idest aggregatum omnium elementorum per quamdam euaporationem ineptum est, & violentiam parat, vnde oriri potest Pestis, & contagio. Atque hoc totum patet exemplo simul & ratione. Etenim quæcunque è visceribus terræ concrescunt, vt aliàs dictum est, adiumentum ab aere suscipere consentaneum est. Sic & animantia pariuntur, stirpes germinant & fructus fiunt. Contra verò quando vitio aliquo contracto aer ineptus est & obnoxius, atque violentia eius secundum excessum à corporibus percipitur & sentitur, tunc necesse est corpora aut putrefieri, aut contagiosè in pestilentem luem incidere. Instat etiam aliquis adhuc dicens; vitium hoc obscurum est, quia non videtur, nec sensu percipitur, vt aliàs dictum est: etenim antequam Pestis innotescat, quis eius vitium percipit? quis contagionem sentit? fortasse odor teter & grauis, turpis color sunt argumentum vitij & Pestis? nequaquam. Imo aliquando Pestis in aere puro, tenui, frigido, qualis est in motosis & asperis locis; & in tranquillo sæpè vehemens & infesta visa est. Nec inquam tale vitium cognoscitur quando Pestis oritur in locis humidissimis, & huic malo obnoxijs, obiectisque corporibus, qualia sunt puerorum & mulierum. Propterea fallit plures Medicos aduentus eius, quia ex pluribus

ribus pauci cognoſcunt vitium vnde ortum ſit. Ideo tamquam obſcurum & imperceptibile curationem nō admittit, & quam habet non eſt vitij ſed eius rei, quæ tali vitio affecta eſt. His itaq; omnibus rationibus, ſententijſque reſponderi poteſt per hanc concluſionem; Inter agens & paſſum ſi nulla eſt reſiſtentia, agens quaſi obſcure imprimit formam; ſic & patiens quaſi obſcure eam recipit. Hoc inquam opus quaſi obſcure à peritis in rebus naturalibus percipitur, & vocatur motus, ſine quo res naturales eſſe non poſſunt. Sublato enim motu nulla eſt actio. Ita dicendum de medicis: ſi quidem illi qui experti ſunt in re medica facile apprehendunt, cognoſcuntq; vnde principium & cauſa vitij. Quare vbi vitium iam contractum eſt, & tamquam venenum inditum, illico alterat, & turbat alienas qualitates. Exempli gratia vitiatus aer facit, vt ſol ſit decolor, nebulæ craſſę, & noxię flatus fętens & humidus, ſi per multos dies reſederit. Quare ſi vitium aeris ab hominibus hauritur, tunc animus mæret: ſpiracula arteriarum, venarum & cutis, & ſi qua alia in corpore hominum via eſt ad cor uſque inſinuata, corrumpitur, obſtruiturque. Et quod dictum eſt de aere vitiato in particulari ſecundum analogiam intelligendum eſt de cęlo ſecundum aggregationem: quando ineptum factum ad contagionem ſecundum eam violentiam de qua verba fecimus, ſic eſt diſpoſitum & obnoxium. Et hic eſt modus, quo vitiatum ſeu ineptum cęlum vna cum qualitatibus ſecundum violentiam & exceſſum in contagione conſentit in Peſtem. Cognoſcitur autem talis ineptitudo & vitium, quando moderationes corporum peruertuntur; tempora non ſeruant conſtantiā ſuam; loca inhabitabilia fiunt; conſuetudines & ætates non diſtinguuntur: ſed vna eſt

omnium

omnium calamitas; & tandem ęstus, rigor, humor, ſiccitas inſolita, atque cęli craſſities, tenebroſis ac denſis plena vaporibus, contagionem ſimul & Peſtem inducunt.

Secundo graſſatur Peſtis corpora ob cibos & potus, & ob annexos humores quando inepti ſunt, & ſecum vitium contrahunt. Etenim tam hi quàm illi vbi non ſint naturę congeniti & non purgantur, tamquã male olentia putreſcunt, & ſi exceſſum patiuntur diſponunt corpora ad Peſtem, modus autem hic talis eſt. Aucto calore in re putrida ſuccenditur putredo; putreſcentia vero poſtquam ardorem in vniuerſum corpus diſſeminauerint, illico cõtagiones emerſerint, quæ innoteſcunt quando febres fiunt peſtiferæ, tubercula mortifera, bubones mali, & papulę indecentes; atque hunc modum ſerpendi corpora deſcribit Auicenna dicens; poſtquam temperatio ſpirituum labefactata eſt, in humoreſq; putredo recepta, vires omnes inſtrumento, quod commodum eſt, priuatę, affliguntur, & ad officium languent; tunc ſucci corporis efferuntur, & quod tenue eſt in ipſis diſcutitur, quod craſſum & cõpactum eſt, hęret. Venenum autem ſeu vitium Peſtis quo vis prorumpens, cum in partes principes impetũ fecerint, quoniam tantam moleſtiam ferre non poſſunt, ab ijs in emiſſaria ſua protruditur: illhuc vero cõpulſum ac veluti inculcatum moratur; & quia nihil perflatur deterius fit, & alios deinde humores deuorat non minus prauos, ſed longe magis putridos, à quibus carbunculi, herpetes, phlegmone, eryſipelata, & gangrenæ oriuntur.

Tertio loquendum eſt de violentia, quę tempore Peſtis maxime cognoſcitur. Exemplum quidem ſpiritus eſt, qui impetum faciens inter continentia, & contenta cor-

tâ corporis, ea alterat & perturbat. Itaque spiritus cordis vbi vitio correptus est offendit, vim parat, & lædit, nec refocillatur inspiratione & respiratione licèt furtim subeat cor. Vnde cor primo sua exuitur vitali temperatione, secundo naturali, & tandem animali destruitur, in qua ratio totius vitæ viget maximè. At quando temperatio spirituum labefactata est, non est vllum corporis munus, quod ad commodam operationem peruenire possit. Nam singuli spiritus si plures sunt priuatim affliguntur, & secundum vniuersum languent, quod dictum sit de interiori violentia. Exterior autem violentia secundum contagionem percipitur odore, sapore, calore, flatu, fætore, nidore, sudore, dormitione, pannorum inuolutione, commessatione, commixtione, amplexatione, osculatione & contactu; à quo denominatur contagio, tamquam à communiori sensu, sine quo cęteri esse non possunt. Quę inquam violentia semper timenda est, ne per occasionem contagij subingrediatur pestis: quęq; plerunque ex consuetudine & comercio prædictarum rerũ consequitur & habet renascentiam. Aduertendum tamen est, quòd qui plurimum timent Pestem, plerumque cito & longe fugiunt, tardeque reuertuntur, quia voluntarie degunt in solitudine ob timorem: atq; ij solitarie agunt, ne communione cętus iterum cadant in metum futuræ pestilentiæ.

Præcautio à peste, & quomodo pestem vitet.

AT præcautio à Peste omnino bona est, quandocunque tuta est ab ijs causis, de quibus suprà facta est oratio. Verum si qui sunt, qui præcauendo timent

timent Pestem, nihilo plus agunt, quàm si cum Peste insaniant. Proptereaq; sępius in eam incidentes, non animo vertunt, vt quod extra fugiunt, intus habent: eo quod quam pręcautionem dicunt facilem, pręstat eis aditum ad Pestem suscipiendam. Igitur fortaßе dicet aliquis, nulla est pręcautio, quę Pestem vitet & arceat; imo quę secura esse videtur, sęuire eam permittit, quia homines ab ea secure non repellit. Cui respondendum est: securitatem quidem non dicit prę-cautio, sed coniecturam facit artificiosam, per quam minus timent homines, & audentius contra sęuitiam eius insistunt. Quare non erit ab re breuiter adnotare ea quę ad huiusmodi faciunt pręcautionem, in qua freti homines minus à Peste molestabuntur quando adsit & pręsens sit: sic & securius degunt quando abest, vel quando futura timetur. Et sicut in morbis pręcautio sanatio quędam est, ita & in Peste pręca-uere magnum est adiumentum ad salubritatis & vitę conseruationem.

Principio itaque à natura omnibus hominibus tri butum est, vt se vitamque suam tueantur, declinent-que ea quę eis nocitura videntur: & sic inquirunt secundum medicas administrationes decentem vsum in sex rebus non naturalibus, vt cōmodius vitā agant, & a morbis facilem habeant recuperationem.

Domus itaque in qua homines agere solent dimi-diatam vitam tempore Pestis, sit alta, fenestrę clausę linteolis ornatę, vt aeris colluuies habeat impedimentum. Ignis per vniuersam domum suc-cendatur lignis aridis & odoris, qualia sunt myr-thus, iuniperus, libanotis, lauendula, laurus, cu-pressus, tamariscus, palmites vitium, robur, bruscus & similia. Suffitus è gallia, & alipta

moschatis,

moschatis, Gallia Alephangina Mesuæ. Pomum odoratum ex dictis confici potest. Et hęc præcipue conferunt, quando aer vdus & plenus nebulis caliginem, frigiditatem & fętorem portendit. Existente verò aerę calido, nil innouandum est, nc adderemus ignem igni, & corpora habiliora faceremus ad suscipiendam Pestem. Curandum autem est, ne incalcscat, cum rosis, myrtho, salice, vite, nymphea, violaria, cydoniorum frondibus stratis, maxime per ęstatem. Insuper cum linteis madidis rosacea & aceto ad ęgrotum cubiculum suspensis.

Dubitatur an noctu vel an diu ambulandũ spatiandumque tempore Pestis: Aliqui dicunt noctu, ne calíditate solis vitium aeris in calefacti facilius corpora afficiat & contaminet. Et exemplum dant de succino, quod fricatum citius trahit paleam. Alij dicunt matutino tempore corpus esse exercendum & sublucano crepusculo. Insuper antequam quis è domo egrediatur bonum est sumere offellã panis succo limonis vel arançiorum aut punicorum acidorum intinctam, Et si parum succi bibatur admodum prodest. Non est malum sumere Ther. drac. 1. Zuccari rosacei drac. 4. Prosunt etiam pillulę communes deuoratę. Similiter conducit elect. de bolo saccarum rosaceum, lintheolum seu sudariolum aqua rosacea camphorata aspersum, & naribus appositum confert, si est ęstas.

Vel ℞. rosarum rubearũ *Florum Nymphęę* *Violarum*	*an. pug. 1.*
Sandalorum omnium *Coriandrorum* *Corticum citri*	*an. pug. 5.*
Camphorę drac. 1.	

Con-

Conterantur omnia in tenuissimum puluerem, & cum tragacantho rosacea macerato conformentur pilę quæ manibus detentę iuuant. Manus & os lauentur nunc simplici posca, nunc aceto & rosacea, & hęc in ęstate, hyeme verò portetur pomum ambrę.

Insuper bonum est æstate tenere in ore folia rosarũ, hyeme verò folia lauri. Sẽper fugiendũ quod sordeat, vitandum quod fętet, & auersa facie colloquendum vbi timor adest. Nullus contactus, nullus odor, nullus flatus, nulla vestis, nummus, donum ab ijs suscipienda sunt, qui Peste laborant, quando cum his comercium uitari non potest. Et hęc omnia quę dicta sunt ad aerem spectant.

Fructus acidi in prima mensa conueniunt, ut mala punica, quorum acini rosaceo aceto & aqua lauari debent, & de ijs duo cochlearia sufficiunt. Arancia, limones, citria etiam bona sunt; quorum si frustum deglutitur plurimum prodest, sed prius frigida diluitur, & insperso sacchαro comestur. Mala paradisi, mala appia non sunt uitanda, sed dę ijs frustum manditur, succus deglutitur, reliquum deiiciatur. Numerãtur inter hęc cerasa, pruna acida, obsonia condita succo arancij, citri, limonis, oxalidis, omphacio, aceto & tantillo cinnamomi. Panis intinctus in hoc condimento adiecto saccaro & punicorum succo, si editur appetentiam excitat, sitim mulcet, uomitiones & alui profluuia sistit, præcipuè si cum eo baccę oxiachantæ addãtur. Fugienda sunt mollia, dulcia, ficus, mora, persica matura, uuæ dulces, quia dulcia facilè in bilem conuertuntur, & corporis interiores uias obstruunt. Mollia autem uitio aeris haud difficulter imbibuntur.

Dura omnia permittũtur, ut sũt auellanæ amygdalę iuglãdes, pistachia, pineę, si quidẽ corrũpuntur minus.

Olera decocta, quæ crudos, aquosos, putrescentes vel acres gignunt succos sumere non licet. Quòd si sumantur per voluptatem, parentur per lotionem in aceto, vt est melo, cucurbita, cucumer, portulaca, lactuca, brassica. Etenim per lotionem in acetc, quia siccum est minus putrescunt. Item buglossum, cirsium, spinachia, cichorium, violaria, atriplex eodem modo sunt paranda. In ventriculo calido lactuca, cichorium, portulaca cum oxyporo haud damnantur. Laudatur intybum, oxalida in aqua, & aceto, si eorum folia prius mersa fuerint & hora matutina comedantur. Cappares crudi insuaues sunt, sed conditi aqua cocti et aceto sumpti ad duodecim numero prosunt.

Legumina non omnia, sed lentes cortice exutæ fabę fresę cum farina vrobi, & amygdalis tritę conueniunt ob siccitatem.

Lupinorum farina, quæ lumbricos maximè nascentes necat; amygdalatum, ptisana ex hordeo, vel zea, auenatum, omnia è saccharo, interiectis succis oxalidis, punicorum acinis cum aliquantulo cinnamomi & croci.

Cicera pisa, lentes coctura mollescũt, ideo colo pertuso transmittenda & percolanda sunt, vt fiat iusculũ.

Sapores ex petroselino, oxalide, croco, zinzibere, cinnamomo.

Rapi, napi esus non interdicitur, & eorum iusculũ quod cinnamomum acceperit.

Condita ex cucurbita, croco, et oxalide vtilia sunt.

Iuscula è carnibus quibus assueuimus, vt veruecina, bubula, pullorum, capi, gallinæ, & perdicis, admixtis omphacio, oxalidis succo, aceto, cinnamomo, croco, succo aranciorum, citriorum, limonum, acidorumq; omnium, quoniam supprimunt putredinem,

tredinem, & feruorem humorum sedant.

Acria vitanda omnia, allium, porrum, cæpę, eruca, nasturtiũ, sysimbriũ, appiũ, rutha, aromata quæuis calida, quibus humores corporis vruntur, & feruent.

Ruthę folia, nuces & ficus subactæ, mensa prima sumenda sunt, vel in matutinis à quibus timetur Pestis: & hoc falso quando timetur vitium aeris, sed contra venenum esse possunt.

Salsamenta damnosa sunt ob peculiarem salis noxam vt patet per Aristotelem dicentem, mulier vtero gerens ob saturitatem salis fœlicem sinè vnguibus edidit puerum aliàs partum.

Nihil è lacte paratum, nihil dulce gustandum præter serum caprinum.

Pinguia abneganda, quia inflammationes excitãt, sic & oleosa, & oleum ipsum.

Panis puri vsus è tritico minimè vitiato, & diligẽter subacto, sale addito, vt gluten tritici vincatur, coctiinquam, & adhuc molliusculi.

Azyma omnia ne gustanda quidem, vti sunt bellaria, placentæ, lagana, crustulæ.

Oryza cum croco et omphacio parata sine carne bubula vel ouilla & sine pinguedine multa conceditur.

Vinum esto bimum, album, subfuluum, adstringens modice, non dulce, nõ generosum, non potens, nõ vaporosum, non aromatibus ad voluptatem cõditum, ne accendantur humores, præsertim in iuuenibus. Senibus vero non libere sed parce concedendum propter stomachi refrigerationem. Et quod dictum est de vino intelligi potest etiam de defruto & sapa; quæ aut seorsim sumantur, aut cum obsonis condiantur.

Vinũ ergo probatũ, sit tenue fragrãs, è consitis vitibus in locis saxosis, mõtosis, galerosis, et asperis: valde

 dilutum

dilutum iuuenibus in æstate, sed meracius in hyeme.

Aqua, vbi deficit vinum, bibenda est prius decocta cum aliquantulo aceti, vel hordei, aut in ea sit immersa panis medulla, licet hoc damnetur à multis ob fermenti malitiam, quæ in aqua remanet. Semper itaq; est coquenda, vt si quid vitij sit in ea, abscedat.

Aqua salubrior est fontium profluentium, & haurienda est die multo, vt calore perfusa purior euadat.

Fugienda sunt zinziber, confectiones calidiores è melle, liquor etiam stillaticij vini, quem aquam vitæ vocant: etenim potius sunt rusticorum remedia, quàm temperatè viuentium adiumentum.

Carnes pinguiores, molliores q; interdicendę sunt, vt suilla è porco nuper mactato, elixa præsertim. Salsa vero, assa et macrior non sic damnanda, dummodo aui diùs non comedatur.

Bubula maxime salsa. Auium palustrium caro, ut anserum, anatum, ardeę, non prodest propter humiditatem, crassitiem, & siccitatem. Etenim melancholicum gignunt humorem, uentriculum offendunt, præcipuè quę ex anatibus comeduntur.

Hędina caro bona est, quando hędus feliciter ablactatur à matre, & nondum ruminauerit.

Cuniculus tenellus, & lepusculus bonus est; uetus uerò duræ carnis est, & melancholici succi.

Ceruorum, damarũ, caprearum, & similium syluestium animalium, nec non cicurum caro non expedit, ob multam quam secum ferunt terrestreitatem nocuam, quam sumunt à cęlo, ab aquis, à stirpibus, à cursu, quando uenatione à canibus capiuntur.

Volucrũ, carnes minus suspectæ sunt, si altius nidos agunt; quæ in terris nidificant aues laudabiles sunt, ut perdices, phasiani, alaudæ, & similia.

Verue-

Veruecina caro leuiter salita, aut assa, ut minus humida sit & glutinosa salubris est.

Gallinarum iuuenum quæ oua pariunt, caro utilis est pro refectione ægrotorũ. Proxima enim est ad producendum sanguinem; nam dicunt Philosophi, facilius ex se se inuicem fieri, inter quæ naturæ societas est & congruentia.

Capi iuuenes, & gallinarum pulli anteponuntur omnibus, secundum ius carnium.

Vitulina caro cum succo oxalidis bona.

Omnium autem ciborum & potuum regula secundum Hyppocratem est, quòd quę uelociter nutriunt, uelocem quoq; faciunt excretionem: & in his modus describitur ab eodem. Non satietas, non fames, neque quidquam quod modum excedit bonum. Quare carniũ omnium hæ sunt perceptiones.

Carnium siue sint assæ, siue elixæ, siue sub crusta in coctæ, cum omphacio, oxalide, succo aranciorum, limonum, citriorumq; sunt parandæ. Cauendum autem, ut crusta transpiret & humor transuolet, ut si quid maligni in carne sit, ob prohibitam transpirationem uertatur in uenenum.

Condita & glaciata iuscula, gelatinam uocant, gallinarum, caponum, perdicum, auicularum montanarum sint: & quæ fiunt ex artubus hędorum & porcellorum delectorum non incommoda sunt. Coquantur autem usq; ad albedinem iuris cum amygdalis tritis, & interpositis granis mali punici.

Ciparium uulgo ciuerium bonum est ex carne iuuenis cuniculi, tenera, concisa frustulatim, cum zinzibere, croco, cinnamomo & omphacio.

Intestina ueruecis iuuenis, hędi, uituli, diù cocta dum in cibo sumuntur, a dmittunt petroselinum,

anethum, & lapatij tantillum.

Carnis multæ vsus, et ouorum recentium multiplicitas & præcipue sorbilium frequentia vertitur innoxam, ob plurimũ, quem generãt sanguinẽ. Copia siquidem aucta facilè putrescit, et vires corporis intercidit.

Pisces delecti carnibus sunt salubriores seu conuenientiores; eligantur autẽ ab aqua limpida, arenosa. glarosa, secundum alueum manantem. A mari pisces saxatiles, non à cæno, luto, non à purgamentis fluminum, non sint saginatis cibis immundis. Sint squamosi, non leues, aut cartilaginei, quales conger, anguilla, murena, lampreda, roza, torpedo, & similia. Non sint vasti & cetacei quales sunt delphinus, sunt thynnus balena, phoca, & orca. Fluuiatiles æstate, quales sunt, truta, astacus vulgo fiassaro, vmbra, lucius, barbulus examne non lutoso. Inter istos etiam numerãtur canori, gambari, quibus rheatini amnes plurimum abundant. Hyeme verò frixi pisces commodiores, assi verò sint cum aromatibus, aceto, & omphacio. Aestate autem elixi sint cum petroselino, sale, & oxalide.

Esus piscium non multum sanguinem nec calidum suppeditat, vnde abijt in prouerbium, Pisce magis sanus. Quare pisces ex sententia Aristotelis & Auicennæ nullam vmquam Pestem generasse legitur.

Conchilia laudantur ab Aristotele. Et sunt pisces etiã qui senectã exuunt, qui incredibili & admirabili potestate nos tuentur, seruant, necnõ obstant, ne cõgenitus humor discutiatur, & ne alienus et vitiosus acre scat, atq; suppleat quod ex spiritu dissoluitur. Quare si se innouant, innouant & nos: si se instaurant, instaurant & nos, vnde sententia vulgaris est; id vitam nostram posse prorogare quod diu suam producere valet. Et tandem tempore Pestis præceptiones

in

in victus ratione hæ sunt breues, & compendiosæ.

Cibi tamen attenuantes prȩter modum sunt quȩrendi, nedum corpus quȩrit pabulum, cum non habeat, pabuletur se ipsum.

Cibi etiam mali chimi plurimum nutrientes sunt vitandi, ne ob ventris saturitatē in corpore putrescāt.

Aeris etiam vitia vitanda sunt; etenim qualem inuenimus, talem attrahimus. Non calidus, ne faciat in corpore æstuationem & laxitatem. Non frigidus, vt non condenset & obstruat. Non humidus, ne putredinem ingerat. Non siccus, ne talem inducat; sed mediocritate, iustitiamq; temperatus, etenim secundum excessum facit Pestem.

Violentia insuper fugienda est, quæ destruit vitam, soluit calorem, debilitat vires; quȩque si modum excedit, non permittit corpus vti cibo & potu ad instaurationem. Aeremque detrahit non suauiter sed violenter ad cor, & inde æstuat spiritus, rumpuntur humores cum sanguine, facultates & actiones deperduntur. Ideò omni vita semper vitandum est quòd modum excedit, vt in cibis, potibus, aere, & in cæteris ad vitam adiumentis, inter quȩ maximè fert secum incommodum violentia, à qua uitæ perpetuitas omnino extruditur.

Insuper uestes esse debent non nimiū calefacientes, cum pellibus densis subfultæ, sed pro tempore semper adaptandȩ sunt. Diplois æstate ex rubeo serico, uel lineo pāno interiecto pauco bōbace. Tunica hyeme angusta et adstricta tenuibus pellibus substracta Sed aduertendum, ut bene oleant non curioso affectu, sed ut est in prouerbio, nil melius quā bene olere. Odor siquidem iucundus et suauis facit ad cōmoditatem. Contra verò uestes quæ redolent odorem alarum hirci, aut uirus

ſudoris offendunt naſum, & triſtem pariunt inſuauitatem. Aeſtate cōciliatur odor ex puluiſculo roſarum, ſandalorum omnium, uiolarū, cāphorę, ęqua portione admixtionem. Hyeme uerò adiecto moſcho, iride, aut puluiſculo uiolaceo, qui paſsim in officinis paratur.

Somnus meridianus fugiendus, maximè poſt prandium conſuetudini autem aliquid eſt cōcedendum, ſed procul à cibo, etiā diſcincto corpore, depoſitis calceis, in loco non udo, quàm breuiſſimè poſsit. Nocturnus ſomnus celebrandus in ceruicali, alto capite.

Vigiliæ ad hæc multę ſunt interdicendæ. Quantum enim ſomnus calefacit & humectat, tantum vigiliæ ſiccant. Extrema igitur ſunt fugienda.

Motu ſimiliter corpus areſcit, calorem ſiccitas procurat; conſuetudini autem aliquid concedendum. Parum tamen corpus mouendum dum æſtus eſt, exercendum verò, ſed veſperi & matutino tempore, dum Peſtis vrget.

Quies humectat & refrigerat, ſed quæ non eſt præter modum & rationem.

Inanitio & repletio hunc habent modum. Repletio multa non expedit, non varia ſed ſemel aut bis comedendum, dummodo bona fiat concoctio. Ante menſam aluo deponendum eſt. Et qui molles ſunt aluo difficulter morbo apprehenduntur. Cęnandum parce & citra carnis eſum: iuſculum cum tantillo omphacij intincto pane ſufficit, vel iuſculum glaciatum cum pauciſſima carne pulli ex aceto & roſacea. Non toleranda fames vel ſitis, præcipuè ab ijs, quibus calidior eſt vētriculus. His itaq; comedendum crebro, ſed parum. Merenda ſit, malum, pyrum, cortices citri conditi, amygdalæ recentes cum roſacea, & ſaccharo: ſi ſanguis abūdat, lactuca, portulaca, oxalis, cucumer, melo cum aceto, quo-

to, quorũ vſu frequenti ſanguis & ſpiritus renouãtur.

Affectus animi omnes frenandi, ne tumultuentur, ſed modũ habeant, ne vtiq; vitiũ contrahant, vti ſunt gaudium, timor, anguſtia, mæſtitia, riſus & ſimilia.

Impetus ad venerem coercendus, ſed vſus eius ſolum ad procreãdos liberos, ſeptimo quoq; die tantum, matutino tempore.

Balneorum vſus ad lauandum, ad ſudandum vitandus eſt, ne mortem ſibi homines accelerent, qui temerè iis fruuntur. Conuenit balneum ex aqua tepida bilioſis, & melancholicis: & in magnis ardoribus non prohibetur ad emendandam ſiccitatem in tempore peſtilenti. Lauentur pedes & manus decocto roſarum, foliorum vitis, ſalicis, arundinum, florum camemeli. Puerorum corpus totum tepida humectetur pro eluendis ſordibus, quæ ſumme cuti adhærent. Vitandum eſt balneum ad longã moram. Et qui in prima ætate ſunt, tenelli, cuſtodiantur à nutricibus, quarum intereſt, ita ſe habere, vt nullum faſtidium exiſtiment, preterquã deſiderium eos cito nutriendi, ducendiq; ad pubertatẽ.

Curatio vniuerſalis in Peſte.

PEſtis quidem curatio difficultatem facit, & non impoſſibilitatem, ſi vera eſt neceſſitas, quæ coegit homines perquirere & inuenire medicinam. Habet autem difficultatem, quia ex intentione Hyppo. nulla eſt curatio, vbi morbus & cauſa ſecundum eamdem ſcientiam non curentur ad viciſſitudinem. Verum cauſæ & morbi multiplices ſunt, & multiplicem ſecum ferunt intentionem. Ideo habita omnium intentione, ſeu diſtinctione, videlicet cauſarũ & morborum, ſequitur facilis aditus & promptior ad eorum notitiam & curationẽ.

Impoſſi-

Impossibilitas autem stat in hoc, ne secundum excessum morbus sit tantus & talis, vt nullo modo curationem admittat. Atque hoc pacto Pestis Dei plaga est, in qua iudicium eius non est perquirendum. Sed quando difficultas facit dubiam curationem ijs medicis maximè, qui secundum artis administrationem nesciunt causas morborum, & morbus ipsos non intelligunt; tunc est omnino accurrendum ad eos, qui periti sunt, & in arte non delinquunt. Non inquam errant ij medici in medicis administrationibus, qui apprime norunt, morbo morbus quid præstat, & causę causa quid interest? His siquidem cognitis multa discrimina rescinduntur, quę secum ferunt magnam perplexitatem apud medentes: atq; dator petens locus verę medicinę. Enimuerò vera medicina secundum vniuersum exquirit primo vniuersales causas, per quas vniuersales morbi innotescunt. Deinde qui morbi, & causæ cōmunes. Tertio secūdum analogiam particularem notitiā, & curationem particularium causarum, morborū, & curationum. Atq; in his omnibus labi, errare, & nescire, malum esse et turpe ducimus. Sed in particularibus causis, morbis & curationibus delinquere sola pœna est, quæ in potestate populi remanet infamatio.

His itaque animaduersis tria principaliter in omni curatione cognoscenda sunt. Primo enim noscenda est causa seu origo, à qua morbus, & ex consequenti Pestis habet initium, videlicet, an sint quantitates, vel qualitates, à quibus oriatur putredo, morbus & Pestis: & hæ quidem esse non possunt nisi per excessum, à quo est violentia, omnibus commune principium, aut ab aggregato omnium elementorum, aut ab vnoquoque singulo secundum distinctionem. Quòd si huiusmodi causa habet paruum excessum, habet

etiam

etiam paruam curationem, & fortasse sufficit ea, de qua dictum est supra de precautione. Si verò excessus magnus est, habet difficultatem in curatione. Postremo si est impetus seu violentia tanta, talisq; vt nullo medicinę auxilio comprimi ualeat, immedicabilem pestem fore est existimandum.

Secundo cognoscendũ est subiectum corpus, quod in via est, vt à peste inficiatur, et iam incęperit pestẽ habere. Habẽt siquidẽ causæ relationẽ ad subiectũ, vbi aptitudo sit subiecti ad recipiendũ. Quare et philosophi inquiunt, secundum merita materiei disponuntur formæ. Quando igitur causę morbosę sunt, difficile est vt effectus morbosi in subiecto bene disposito non fiant.

Tertio aduertendum est, an subiectum quod iam pestilens factum est, redimi possit, vt sanitatem recuperet. In qua cognitione hęc notanda sunt. Sit corpus debile, à læui quacumque causa violentia incommodabitur; vel interior, vel exterior sit. Sit corpus forte, difficiliorem seu fortiorem patietur causam & violentiam, vt patet in re dura, quę difficulter imprimitur. Sit tandem corpus temperatum, quod fortissimum vocari potest, quia sanitatis habitu fruitur; quamcumq; exteriorem causam etiam violentiam repellet, quousq; firmo sanitatis habitu fruetur. Cadet autem quando secundum excessum violentia vnà cum causis externis interna materia corporis vitio aliquo pestilenti contaminabitur.

Habita igitur notitia originis pestilentię, vel quia prouenit à cælo, vel ab humoribus, vel a violentia: proponitur curatio subiecti corporis in via ad recipiendam pestem: & iam incępit infici, & infirmari. Tunc aduertendum est, an tale corpus alteretur tantum, an putrefiat, vel an fiat contagiosum. Alteratio

duplex

duplex, à quanto, & à quali. A quali contraria curatio est per oppositas qualitates; & hęc non tantum significatur in elementis, quantum et in honoribus, qui in corpore sunt. Elementa verò secundum intensionem & remissionem inter se sunt castigatio & medela; sic & humores in corpore. Sed quando miscentur adinuicem, & hanc vel illam mixtionem sortiuntur secundũ analogiam, tunc acquirunt hanc vel illam vnionem. Sic & humores in corpore acquirunt hanc vel illam temperiem, pro vt se se ad vicissitudinẽ consequuntur. At cum existentia, & quæ ex iisdem fiunt per tempora aduenientia alterationes, et transmutationes patiuntur. Tunc non est mirum, an corpus humanum alteretur, & secundum intensionem & remissionem medicas admittat administrationes.

Putredo etiam duplex est: siquidem aut totius putrescentis corporis ab alieno calido mutatio est, aut secundum partem corruptio. Quę secundum partem est, medicamento, ferro, aut igne corrigitur. Sed quæ secundum vniuersum corpus, immedicabilis est, dicente Hyppo. cancros occultos melius est non curare; id quod fortasse ad nostram intentionem intelligendum est de lepra.

Contagio etiam duplex, aut enim sequitur naturã corruptionis, & tũc putrefactionis curationem habet: aut sequitur naturam generationis, & admittit curationem; quę duplex est, vt non generentur quantum est possibile ea, quę à contagione fiunt. Altera, vt quæ genita sunt, redimantur, ne transcant in corruptionem. Quomodò autem fiat, per exempla patebit inferius.

Secundo aduertendum est, an tale corpus plethoricum sit, an cachochimum, vel temperatum. At temperatum corpus secum fert præcautionem quousque incommodum

commodum non sentiat. Plethoricum corpus soluendum est à repletione per euacuationem secundum regulam Hypp. dicentis: soluenda est plethoria, vt denuo corpus nutriri incipiat. Cachochimum verò corpus: quia malorum succorum multiplicem expletionē habet, etiam per euacuationem est corrigendum secundum regulam ipsius Hypp. vt naturæ cōcedatur locus ad bonorum humorum recuperationem.

Tertio, noscendæ sunt vires corporis; maxima enim ipsarum dignitas est; si quidem ex harum custodia vita constat. Atque ipsæ solę morbi causam, morbum, & quicquid in corpore imminutum est (si bene constant) discutiunt.

Quarto, quia humorum turgentia maximè solicitat medicum ad medicas administrationes, ideo humores infestātes cognoscendi sunt an turgeant, & in principio euacuandi sunt: aut non turgeant, & est expectanda concoctio. Inter quos etiam aliqui infestantes sua qualitate, & aliqui sua quantitate molestāt. Quare noscendi etiam sunt, ne nimium infestantes sapiant turgentium naturam, aut minus infestantes concoctionem expectent.

Quinto, symptomata habent hanc cognitionem, vt circa morborum principia et fines remißa sint, in statu vero fortiora. A quibus hauritur hęc curatio, vt in principio, si quid mouendum est, moueatur: in statu verò demulceantur, ne medicamentis morbum irritantibus symptomata crescant, & furiant.

His itaq; præcognitis & intellectis, medici munus est morbum in totum tollere, aut morborum impetus obtundere, & qui victi sunt à morbo non aggredi quia tales medicina sanare non potest.

Tollitur autem morbus per hunc modum. Immoderantia

derantia tollitur per modum suum, quę describitur ab Hippo. in sententia. Ne quid nimis. Repletio quæ morbum parat curatur per euacuationem. Sed duplex Repletio, quoad vasa, & quoad vires. Quoad vires quæ inficit humores est ea, quæ in membra imbecilliora fluxiorem mittit. Sed quoad vasa est ea, quæ ora vasorum recludit, & disrumpit. Oritur autem repletio ab ingluuie ciborum multiplicitate, & hæc abditas cuiusque morbi internas causas pręparat & inducit. Quare vt suprà dictum est, sollicitudo maxima semper futura est in hominibus, vt talem victus rationem habeant, secundum quam inde corporis sanitas conseruetur. Secus verò sciendum est, quòd vitiosi cibi quando sanguinem uitiosum generant, morbos procreabunt. Cibaria namq; quæ vniuersum succum faciunt, aut tenuem quidem, aut crassum gignunt. Si tenuem, acutos morbos cum maleficis febribus inuehunt, cum succus per uniuersum corpus deferatur: si uerò in unam dūtaxat particulam deferatur & decumbat, calidæ affectiones orientur. Quòd si crassum succum efficiunt, articulorum & renum uitia, lienes, aut iocinoris affectus generant, & pleraq; alia morborum genera: quorum omnium curatio ad eos pertinet, qui de locis affectis multa eruditione conscripsere.

Itaq; magna cura solerti diligentia opus est, si alteratio contingit in corpore à Peste. Si quidem protinus necanda est, remouenda, & demolienda ne ultra progrediatur. Bonum siquidem est obstare principijs alterationum, sed quoniam multa sunt principia, ideo multiplex esse debet ingenium curationum, ut inferius manifestabitur.

Si uerò contingit corruptio siue putrefactio, tunc morbus his maximè indiget, extinctione, s. eductione, fractione,

fractione, siccatione, repulsione. Quibus omnibus semper uti non expedit, sed modo hæc, modo illa: singulatim exercere non est inconueniens, prout res, tempus, occasio, locus & huiusmodi exigere uidebuntur.

Extinctio & interemptio fit à calidissimis, à frigidissimis. Calidißima sunt, urentia omnia, aut proxima urentibus, ut ignis & causticum; quorum munere tota Pestis extinguitur. Ignis enim urendo hoc facit, nullum aliud relinquit nocumentum, et quod futurum imminet à peste probibet. Frigidißima etiam extinguunt, ut frigidę aquæ potus, ablutiones frigidæ, quæ maximè ijs competunt, qui pestilenti quodam uiolenta alteratione calida inficiuntur.

Eductio similiter siue euacuatio difficulter admodum fieri potest, quoniam cum timor sit ingens in humorum colluuie cũ qua Pestis altius radices suas agere solet, nihil tamen prohibet quin percipiatur, ubi nõ multa ui fiat. Modi autem euacuandi præcipui sunt, pharmaca quę per aluum mouent, quæ sudorem cient, urinam & uomitum: uti sunt uomitorium, nephriticum medicamentum, cucurbitulæ, phlebothomia, irudines & similia.

Fractio uerò et alteratio ea sunt, quæ per qualitates mites cõtraria sunt, ut acria, lenta. Acria frigidis franguntur, lenta uerò siccis in potentia alterantur.

Siccatio licèt paruę sit actionis, de se tamen cum caliditate plurimum potest. Hinc est, quòd qui medici siccante medicamento uti uolunt, mixtionem faciunt ex pulueribus siccis & farinis, addito sale prout expedit, & conueniens est.

Repulsio seu repellentia est propriè quando se se mutuo aliqua pellunt, ueluti sunt antidota contra data ueneno. Sunt etiam quę Pestem pellunt,

seu

seu Pestis impetum obtundunt, si recto modo ministretur. Exempli gratia fętor lædit sensum odoratus, & tristem reddit animam: bonus odor pellendo, gratiam refert, & hilaritatem. Venenatis quidem morbis antidota exhibentur, quæ venenum repellunt; vtinam reperiantur quæ Pestem arceant. De antidotis contra venenum vidi, & præsens fui narrantibus hæc. Rusticus in agro Reatino dū secaret herbas, morsus à vipera per impositionem herbæ tormentillæ collectæ à campo pensili illico liberatus est. Quidā etiam rusticus de sancto Lio castro eiusdem ciuitatis cum premeretur ab ingenti dolore & ardore super dextera spatula, & ita angeretur vt vix se pedibus continere, oculis videre, & loqui vix posset, veritus ne à scorpionis esset morsu læsus, domum repetens, bibit oleum, multam fecit vomitionem, leuatus est à morbo, et in spatula nihil erat signi, vbi prius fuerat dolor. Alter fuit, qui à simili dolore et tremore percitus, ex assumpto bolo armeno cum aceto subito euasit. Puellus putredinem timens, & vermes, ex assumpto scordeo liber factus est. Sed vnde, repellentia operentur hæc ne, an à qualitatibus & causis manifestis, an ab ocultis, non est modo perquirendum.

Corpori igitur nondum à peste corrupto, sed in magno periculo constituto curatio molienda est, ne corrumpatur. Et modus est, vt violentia Pestis tantum auferatur, quantum fieri potest. Aufertur autem, quā do alteratio & putrefactio & contagio remittuntur. Iam dictum est quid faciundū per alterationem, quid per putrefactionem: quid per contagionem fieri possit, dicetur. Corpori itaq; alterato succurrendum, ne euaporet calidum & humidum inuatum. Putrefactioni resistitur, quādo non remolliuntur partes ab humiditate,

& non

& non subtrahuntur ab aliena seu extranea calidita- te. Hinc est, quòd putrefactio tollitur primò per re- missionem extraneæ caliditatis, deinde per exiccatio- nem partium, quæ remollitæ sunt humiditate. Experi- mentt faciunt medicamenta resinosa, glutinosa, & si- milia, in quibus est quod exiccat, & quod partes con- stare facit, præcipuè si cum ijs pulueres quidam im- putrescibiles immiscentur.

Corpori tandem corrupto succurrendum si possibile est, vt redimatur à peste. Et in hac curatione est vni- ca intentio, vt quàm primum putredo à corpore remo- ueatur; atque totum hoc pharmaco fit, quando mate- ria putredinis introrsum est. Cum autem est extror- sum, opus est incisionibus, dissolutionibusq; quibus as- secla est maturatio, digestio, concoctio secundum quas medici sumunt modos in applicandis medicamento- rum administrationibus.

Virium deniq; semper habenda est custodia, quæ de se talem præstant animaduersionem. Maxime vires cum paruo morbo vix alterantur; cum magno irritan- tur, cum maximo infirmantur. Quare secundum regu lam Hipp. pro resarciendis corporibus, & vincendis morbis hic est modus. Fames magnam vim in naturam habet & sanandi, & debilitandi, & occidendi. Quasi voluerit inferre hæc verba per quamdam proportionẽ debiles vires maximũ ferre morbum non possunt, ma- gnum morbum sustinent sed cum periculo: & cum par uo luctantur, & plerumq; ipsum superant & vincũt. Quare si pestilens morbus maximus est, & vires im- becilles, quid sperandum nisi corporis interitum? Si fortes vires & vehemens pestis, cum maximo discri- mine erit pugna. Et tandem si pestis furens & maxi- mę vires existunt, secundum gradus symptomatum pe

stis & vires cognoscentur. At cum symptomata non curentur sed obtundantur, viribus tantum indulgendum quantum quantum fieri potest ne cadant. In quibus semper stat mutationis iudicium in morbo pestilenti, aut ad mortem, aut ad salutem. Et hæc satis de curatione vniuersali.

Curatio communis in peste.

Communiter autem pestis grassari solet populos & plebem, sed cum distinctione regionis, loci, situs, temporis, ætatis, æducationis, consuetudinis & occasionis: à quibus omnibus secundum intensionem & remissionem violentiæ sumere solet maiorem & minorem excessum contagionis. Verum vt facilius innotescant quę de peste communiter dicenda sunt, paucis quę dicta sunt declarabuntur.

Populus itaq; & plebs facilè tamquã multi homines ab vno morbo corripiuntur, & causa ad id referenda est, quod est commune & quo maximè vtuntur omnes; hoc autem est spiritus & aer; & hic est ille morbus communis, qui omnes consequenter tangit, iuniores, seniores, mulieres, viros, tam vinolentes, quam aquæ potores, tam mazam edentes quàm pane vescentes, & tam multum laborantes quàm parum. Cui secundum communem causam resistendum est, vt pro violentia non sæuiat, & furiat.

Regionis etiam cõmunis morbus eße dicitur, quando hanc habet causam. Vt sit regio pinguis, aquosa, mollis, dura & aspera. Quales enim incolę sunt, tales morbos habere necesse est. Aut vbi regionibus montes adiacent ad austrum, in ijs squalidi austri & morbosi perfluant. Regio verò alta, plana, ventis exposita

fita & aquofa, habitantes habet formæ magnæ, qui funt fibi fimiles & recti. Quorum morbi communes & causę contingentes per ipfius regionis mutationem curabuntur.

Loca dicuntur mundi partes. fimiliter & noftri corporis partes funt. Sed quę incoluntur loca aut funt calida aut frigida, aut humida aut ficca; & eorum alia terrea alia aquea. Et terreftri alia alta & fqualida, alia campeftria & æqualiter fita, alia caua. Et aqueorum alia maritima, vt infulæ alia lacuftria, alia paluftria; horum omnium alia fpectant prout inferius de fitu declarabitur. Communes itaque morbi graffantes corpora habitantium per locorum oppofitionem, contrarietatemque curandi funt. Locus enim locato fe habet ficut forma ad materiam. Locus temperatus reddit homines, intemperatus verò reddit infirmos.

Situs ad meridiem calidus eft & ficcus, ad feptemtrionem contra: quia hic magis diftat, ille verò foli propinquior eft. Quare & hominum genera & nafcentia ex terra ficciora, calidiora, & fortiora funt, quàm in contrariis. Ita igitur eft fitus ad auftrum, quia fqualidus & morbofus efflat. Vbi verò ad aquilonem fit perturbatio, tales morbi exprobādi funt. Vbi verò fitus in loco cauo eft, ab æftiuis ventis calidus, tunc morbofus efficitur, quod contingit quando à nullo vento perfrigeratur. Quare ille fitus malus eft, in quo folis afpectus infirmus, & venti morbofi, peftilentefq; perflant & perfpirant.

Tempus adhuc fecundum mutationem cognofcendum eft. Mutatio autem aut magna aut parua eft; aut frequens aut rara: fimiliter aut parua & frequens: aut raræ & magnæ. Vbi igitur temporis mutatio contingit frequens & plurimum diuerfa, tunc et

formas hominum, & mores, & naturas reperiri plurimum differentes necesse est. Temporum itaq; varietates potissimę sunt, quæ naturam mutuant. Magnę temporum mutationes sunt per calores vehementes, hyemes fortes, et pluuias multas. Inter magnas quoq; temporum mutationes connumerantur siccitas diutina & venti plurimi, ex quibus multæ & omnimodæ fiunt transmutationes.

Aetas, siue ætates rationem habent ad qualitates, ad elementa, temperamenta, humores & anni tempora. Quare ratio victus secundum ętatem esse debet, similiter purgatio per pharmaca, & per sanguinis missionem, in pręsagiendo, in cognoscendis ęgritudinibus, in excretionibus, atq; in morbis iudicandis.

Educatio multum facit ad cognitionem, & curationem: etenim edulia plus de sicca parte in se habentia siccant & calefaciunt: quæ verò humidæ partis plus habent, ea omnia calefacientia humectant et aluũ magis mouent, & maiorem quã alia fortitudinem habẽt. At cruda nõ alunt, sed ructus cient, propterea que ignem coquere oportebat, ea venter transigit debilior existens, quam quæ ingesta sunt. Dulcia, acria, falsa, amara, austera, & carnosa calefacere solent. Sicca sunt quę firmant: humida verò quæ facilè diffluunt à corpore. Quare sicut sanitas ab educatione contingit, quando edulia habent aptitudinem vt cõuertantur & alterentur ab educato, ita vt sint cum eo idem in specie: sic generatur morbus quando totum sequitur oppositũ in educatione. Et quod dictũ est de edulijs intelligi potest de omnibus ijs, quę ad educationem pertinent.

Consuetudo valet etiam plurimum. Etenim qui alicui rei assuetus est, possidet illius rei habitum: & diuturnus habitus in rei formam euadit. Quando igitur

tur natura cum consuetudine cōspirat, tunc consuetudo fit quædam natura, & necessaria sunt quę fiunt. Quapropter inquit Hipp. quę relinquuntur in morbis post iudicium recidiuas facere consueuere. Tantaque est amicitia inter naturam & consuetudinem, vt similia in similibus magis perdurent & difficulter discernantur. Consuetudo igitur dum sani sumus attendenda est, vt in ægritudinis tempore disciplinam habeamus eorum, quæ conferebant. Nam sicut varietas secundū sanitatem contulerit, ita in ægritudine cum aliquali mutatione non nocebit.

Occasione tandem & quæ sua sponte fiunt, vel quia sursum vel deorsum repunt; quæ prosunt & quę nocēt, docet nos congenita forma, regio, consuetudo, ętas & alia, de quibus supra iam dictum est. Quare non solum oportet medicum habere rationem & experimentum de ijs, quæ supra conscripta sunt, sed in singulis præcognoscēda est occasio, sine qua medicina esse nō potest.

Præcognitio morborum particularium, & primo de febribus in Peste.

Ex omnium authorum sententia morbus pestilens multiplex est. subitus, vno, eodemq; tempore multitudini hominum lethalis, & contagiosus: varietatem plurimam ostendens in feritate sua & turgentia. Siquidem quandoq; contingit febris quandoq; apostema; & sicut febris & apostema sunt distinctorum generum, merito distinctam requirunt curationem. At curatio subita esse debet ad differentiam illorum morborum, quorū curatio fit in tempore. Ex occasione enim turgente morbo non est procrastinandum. Cum hac particulari curatione competit cōmunis etiam, quia pestis

multitudinem hominum vno, eodemq; tempore adoritur & grassatur. Insuper dictum est ex occasione futu tam medelam, quia nō semper ita pestis communis est: etenim aliquo tempore in hac ciuitate, in alio oppido, in altera regione. Similiter vnus homo primo, alius secundo in multitudine ægrotantium manifestatur. Quare secundum communes causas & effectus curatio supra dicta est. Modo dicendū est de particulari & indiuiduo sub hac præmeditatione, videlicet; si possibile est vnum hominem solum ægrotare morbo pestilenti nulla existente peste: & an hic pestilens morbus est. Dicendum quod non, quoniam non sequitur pestilentiā simpliciter sumptam & communiter intellectam, sed particulariter cum morbi contractione adhunc vel illum hominem constituta est. Cum qua sæpius accidūt tusses subitæ, variolæ, dysenteriæ pleureses, squinātiæ, & similia: quæ non existimantur morbi pestilentes, nisi suo impetu, violentia & venenositate vt plurimū interficiant homines & occidant.

Quare secundum hanc multiplicitatem primo agendum est de febre pestilenti, deinde de apostematibus, & exituris, prout expeditius videbitur ordinatæ curationi conuenire.

Conueniunt autem omnes febres pestilentes cum cæteris morbis pestilentibus in hoc, quod sunt contagiosi: & hoc euenit ob malitiam putredinis cum venenositate, ita vt transeant non solum de homine ad hominem, sed de ciuitate ad ciuitatem, de regione ad regionem, quandocumq; nulla fuerit interceptio, vt impediatur hoc incommodum.

Febris itaq; pestilēs perniciosa, pluribus cōmunicabilis, insequēs vitiati aeris euaporationē secundum putredinē, in pessimam homines deducit conditionem.

Cuius

Cuius febris materia humores sunt ut plurimũ, raro tamen hectica & ephemera. Cõtingit autem vt hectica, quando in substantia cordis ita accenditur, nulla mora interposita mutato cordis temperamẽto hominem occidat: & contingit, vt ephemera quando spiritu cordis calefacto, contagioni non resistens hominem perdat. Quibus febribus communis exitus est mors repẽtina.

Verum quando humores in corde calefacti sunt cũ malitia & venenositate, quia his contingere solet intensio & remissio, ideo de hac febre secundum intensionem & remissionem dicendum est.

Dubitatur autem an in febre pestilenti possit contingere hectica, et ephemera. Respondetur, quod secundum imminentem actionem contingere possunt, sed secundum permanentẽ actionem minimè. quia possunt sortiri nomen. sed non perfectã diffinitionẽ; eo quod cõtagio, putredo & similia sunt quid accidẽs febri secundũ permanentiã. At quando imminent & nõ morãtur ob subiecti deperditionẽ, sumunt quidem nomen pestilentis febris, sed non definitionẽ, ut superius dictũ est.

Differunt autẽ inter se pestilẽs febri & nõ pestilẽs: siquidẽ putredo pestilẽti febris est uicinior & proximior corde, aut in omnibus propinquioribus eiusdẽ, rarò autẽ in humoribus cęterorũ mẽbrorũ talẽ febrẽ cõstituit. Secus verò est in aliis febribus, licèt aliquãdo cõtingat, vt prae distantia nõ succedat impedimentũ. Et per cutim, per os, per nares, & per alia mẽbra quae distãt à corde cõtagione sumpta, potest accẽdi febris hęc, quae secundum hunc modum non differt à causonide.

Secũdo differt febris pestilens à nõ pestilenti, quia pestilens exigit terminatã causam, reliquae febres nõ.

Tertio, malignior & saeuior haec putredo est quã caeterarũ feb. & tandẽ cũ eius malitia, saeuitiaq; cęteras

febres superet, merito aut nullum, aut paruũ cum eis habet cõmercium in curatione;eo quod magis fiunt istę febres ex fortitudine causarũ imprimentiũ;pluribusq; hominibus magis cõmunicanter quam cęteræ febres.

Conueniunt tamen in humoribus sed secundum intensionem & remissionem: Quarum inquam materia sunt humores putridi venenosi ad euaporationem ab eisdem putridam, venenosamq; in regione cordis, locisq; propinquis, exempli gratia in venis arterijsque maioribus ortam, sublatamque, & vt plurimum mortem inferentem.

Loca autẽ quę per se & primo tali febre corripiuntur, sunt cor ob sanguinem, pulmo ob choleram, & cętera membra ob phlegma & melancholiam. Sed frequenter euenit a mixtis humoribus, in quibus sanguis habet dominium, et ita mixti putrescunt, qua putredine aucta secundum excessum sequitur impetus & violentia, quæ secundum contagionem innotescunt.

Signa febris pestilentis hæc sunt, dolor capitis cum grauitate partis anterioris, vigiliæ plurimæ, somnus inexpergiscibilis, angustia multa, alienatio, furor, mobilitas corporis, membrorum iactantia, frequens & velox anhelitus, difficultas et constrictio respirationis multo magis in his quam in alijs febribus: fœtens anhelitus in respiratione, pulsus paruus & velox, frequẽs, diuersus ob maiorem & minorem pugnam virtutis cũ morbo. Insuper tussis sicca, casus virtutis; animi & sępe vocis deliquium. Comestio violenta; vomitus cholerę, melancholiæ & aliorum humorũ sine ordine. Egestiones non naturales cum multa spuma fœtidę, nõ sine pinguedine. Vrina citrina, rubea, liuida, cruda in principio, postea subiugalis, turbida, nigra aut ad crisim, aut ad adustionem, & aliquando clara, quæ cito

turbatur,

turbatur, aut turbida quę paulo post clarescit. Sed in Peste urina turbida quando clarescit, & nullum appa ret concoctionis sedimentum in ea, ostendit proximam futuram mortem, ob uirtutis debilitatē expulsiuę, aut ob transitum humorum ad alia loca.

Febris exacerbatio continua, sed magis in nocte quam in die; caliditas tactu mitis, interius æstuans turbatio, & aliquando interius & exterius, sed minor quam in causone.

Lingua arida sępe nigra, aliquando uulcerosa ob fu morum ascensum à uentre.

Tumores in hac citrini, cineritij, quique orti cito occultantur.

Apostemata citrina, nigra, quæ aliquando nonmu tant membri colorem, in emunctorijs & in alijs partibus, uenenosa, de quibus inferius dicetur.

Extremarum particum frigiditas, sudor frigidus, conuulsio ad perniciem.

Hęc inquam signa fallunt aliquando medicum, cū non cognoscit exuberantiam caloris, pulsus, & urinę alterationem ad mortem. Ideo in his numquā est promittenda salus, cum ponantur ęgri in extremo periculo, quod uix percipitur ab ijs, qui in medicina maximè exercentur.

Dubitatur autem an nulla aut parua facta in pulsu & in urina permutatione ob qualitatis tam manifestæ quam occultę, poßit infirmus tendere ad mortem? Ad quod respondetur, quòd aut materia adhuc non est maligna, sed paruo tempore intenditur ad interemptionē: aut noua materia uenenosa mouetur ad putredinē contra cor, cum prius eßet quieta: aut quia uirtus uitalis pręsentiens exceßum, et impetū malitiei & uenenositatis, tamquā stupore affecta stat, timet, latet, & non

aggreditur pugnam, vnde remissa apparent accidētia, tamdem verò ad pugnam violenter concitata succumbit. Quæ rationes sunt conciliatoris & gentilis, quę iudicio potius quàm sensu percipiuntur.

Sed ex mea sententia dicendū, quòd aut materia est in superioribus partibus corporis, & nullum habet cōmerciū cū vrina, et lędit partes spirituales aut animales, et nō naturales, aut mutatur ad alia mēbra. Quare concludendū iudicio in pulsu & in vrina non esse semper fidendum, quando cum his materia faciens Pestem nullum habet commercium. Et de his satis.

Differentiæ febrium pestilentum.

Distinguuntur etiam febres per signa & causas, in quibus est reciprocatio, siquidem febris pestilens à sanguine cognoscitur primo à complexione sanguinea ipsius infirmi.

Secundo à tempore anni, vt si fuerit ver.

Tertiò à præcedenti regimine sanguinis.

Quarto, ab apostemate rubeo instar purpuræ, vel liuoris, vel fuscedinis.

Quinto, ab vrina crassa rubea.

Sexto, à febre conclusa.

Septimo, ab inquietudine & angustia, & aliquādo à vigilia, sed non multa, quia timetur subeth.

Octauo, à caliditate humida nota ad tactum. Et aliquando ore percipitur ab Infirmo dulcedo saliuæ.

Febris pestilens à colera cognoscitur primo ex complexione colerica.

Secundo, ex tempore anni, videlicet æstate.

Tertio, ex regimine ad choleram.

Quarto, ex apostemate citrino cum rubedine citrina & clara.

Quinto,

Quinto, ex vrina ad citrinitatem.

Sexto, licèt febris continua sit, & magis affligat de nocte quàm de die, tamen patitur alterationem de tertio in tertium.

Septimo ex diuturna vigilia cum angustia, inquietudine, & alienatione curiosa.

Octauo, ex caliditate sicca nota, siti infesta, & cum aliquali sudore; vomitus & egestiones cholericæ.

Febris pestilens à pituita cognoscitur, primo ex complexione phlegmatica.

Secundo, ex sexu fœmineo.

Tertio ex tempore anni, quia hyems.

Quarto ex regimine phlegmatis.

Quinto ex apostemate ad albedinem.

Sexto ex vrina aquosa, subtili, cruda, vel spissa, crassa, non tincta.

Septimo ex febre quotidie accensa.

Octauo ex parua vigilia ex propensione ad subeth, ex parua angustia & inquietudine.

Nono ex miti calore, ex remissa siti, ex pulsu non sollicito.

Decimo vomitus, egestiones phlegmaticæ, sudor paruus.

Febris pestilens à melancholiâ cognoscitur primo ex complexione melancholica.

Secundò ex tempore anni, quia autumnus.

Tertio ex regimine melancholico.

Quarto ex apostemate nigro, vel cineritio.

Quinto ex vrina subtili, aquosa ad nigredinem.

Quòd si darentur induciæ, exacerbationes contingerent de quarto in quartum diem.

Sexto vigilia magis & minus secundum maiorem minorem adustionem.

Septimo

Septimo somnia terribilia, mortis. s. & rerum nigricantium, horrendarum, furentium, secundum adustionem mentis. Alienatio et furor plus in hac quam in cęteris febribus.

Calidatis siccitas ad tactum, sed cum intensione & remissione ab adustione procedens.

Sitis & sudor minor quam in aliјs.

Lingua arida, nigra, vomitus & egestiones melancholicæ.

Cognoscuntur autem febres pestilentes ex mixtione plurium humorum, æqualitate, aut inęqualitate secũdum supradictorum signorum commixtionem; ideò ad ea confugium habendum est.

Locorum etiam cognitio multum prodest, in quibus humores continentur facientes ægritudinem: ideò sub hac breui distinctione cõprehenduntur. In partibus igitur naturalibus tũc febris pestilens est, et cognoscitur.

Primo quia non tantum ex cõtagione prouenit, aut cęli vitiati euaporatione, sed ex ciborum, potuum quã corruptione, vti sunt pisces putridi, & aqua corrupta.

Secundo ex apostemate, quod fit secundum plurimum in inguinibus.

Tertio ex magna permutatione facta in vrina, & in egestionibus.

Quarto ex aliquo dolore, aut sensato pondere in membris naturalibus.

Quinto ex priuatione signorũ arguentiũ humores putridos esse in partibus spiritualibus aut animalibus.

Sexto ex cachexia, & tumore ventris.

In partibus aut spiritualibus, in quibus secundũ plurimũ cõtinetur hęc febris, talia signa sunt. Primo prouenit ex euaporatione vitiati aeris: etenim in his partibus plus potest contagiũ ab aere quã cibus & potus.

Secundo ex magna mutatione pulsus & anhelitus. Nam non tam cito apparent mutationes in vrina & egestionibus.

Tertio ex animi deliquio, & virtutis vitalis imbecillitate.

Quarto ex apostemate sub alis.

Quinto ex dolore & pondere precepto in ijsdem partibus.

Sexto ex tussi, & ariditate lingue, & ex magno aeris desiderio.

Septimò ex priuatione aliorum signorum.

In partibus autem animalibus idest in venis cerebri, & partibus propinquis, primo ex alienatione incipiente simul cum febre.

Secundo ex dolore capitis intenso, & pondere exquisito.

Tertio ex longis vigilijs, seu subeth.

Quarto ex magna permutatione in facie et ĩ oculis.

Quinto ex fluxu inuoluntario lachrymarum.

Sexto ex ægritudinibus neruorum superuenientibus, vt spasmus, tortura, & similia.

Septimo ex apostemate post aures.

Octauo ex remissione aliorum signorum cæterarum partium: fortasse vrina clara, subtilis, permutatio in pulsu non magna, neq; multa, sic & in anhelitu.

Nono ex fluxu perfluente per nares & per palatũ.

Signa salutis & mortis.

Mortalia signa sunt, animi deliquiũ indeficiens; longæ vigiliæ & subeth; sed magis subeth; lachrymæ inuoluntariæ; nigredo lingue; conuulsio & spasmus; fætor efficax anhelitus; difficultas anhelitus

cum

cum magna solicitudine attractionis pectoris & eleuationis ad superiora magna pulsus diuersitas, in qua nullus est ordo cum paruitate & frequentia; syncope; sudor frigidus cum extremorum frigiditate; nausea; vomitus; magna appetitus prostratio; vrina turbida subiugalis, aut ex clara subtilis, non bona nigra nisi sit ad crisim; leuitas morbi sine rationali causa. Exempli gratia, quando ægri reuertuntur ad intellectum bene loquuntur, & protinus cadunt ab intelligentia, & paulatine moriuntur, vltimiq; conatus naturæ ostenduntur. Apostemata & pustulæ delitescentes non deficiente febre; collectio pilorum, tumefactio ventris ad modum hydropis, fluxus ventris deuersorum humorũ sine leuitate & conferentia, crisis. Nam in febribus pestilentibus numquam fit verum iudicium sed potius mutatio ad mortem symptomaticè propter multitudinem & sęuitiam humorũ naturam grauantiũ. Quare irritata ad expulsionem nulla pręcedente concoctione à nocumento impresso detruditur ad mortem. Crisis tamen per sudorem in cæteras minus timenda est.

Signa salutifera.

EX præcedentibus signis facilè excipere potest medicus, quæ sunt signa salutis, videlicet per locũ à contrario, quædam autem à doctoribus conscribuntur. Signa autem salutis apparent ex virtutis constantia secundum partes vitales in pulsu; secundum naturales in concoctione, nutritione, distributione, et expulsione; ita, vt conferant & leuiter ferant ægroti. Similiter bene se habere, & mente constare ad ea quæ offeruntur bonum est. Nullus fætor in flatu sit Vrina & fęces sine fędo colore, sine substantię debita mutatione. Ex aposte-

apostematis vera maturatione. Ex pustularum non delitescẽtium, sed exflorescentium in cute purgatione. Et hęc omnia signa ad salutem disposita sunt.

Apostemata quæ in peste contingunt.

Solent autem aut antecedere febrem, aut succedere à febre pestilenti apostometa, quorum antecessiones minus timendæ sunt. Est autem pestilens apostema tumor perniciosus, factus ex humorum adustione secundum venenatam formam, inimicum vitę & morti obnoxium.

Quorum pestiferorum apostematum tria sunt genera, antrhax, carbunculus positus ad auicenna sub Altoin, quę duo differũt secundũ magis & minus. Tertiũ dicitur pruna vel ignis persicus, formica miliaris & corrosiua. Altera tandem glandula, panus, bubo.

De quibus omnibus longum esset protrahere sermonem. Sat est quòd in Peste oriuntur ab humoribus putridis, corruptis, contagiosis, secundum adustionem, venosis, aduersantibus corporum vitæ. Subeunt autem easdem causas, quas habent pestilentes febres. Quorum loca vel membra cognoscuntur secundum fortitudinẽ expulsiuã peruiarum latitudinẽ & angustiã: eo quod natura voluntaria non dimittit quod noccũ est expellere à morbo, videlicet à nobilibus ad ignobilia, vt corpori vitã seruet. Atq; hic excessus in peste sępius manifestatur per apostemata, quæq; ità interiora esse possũt queadmodũ exteriora Sed hæc minus discrimẽ, illa verò maius secum ferunt, quando sunt secundum fortitudinem expulsionis, siue ex pultricis facultatis.

Sufficit itaque quòd causæ antecedẽtes horũ apostematũ, postularumq; consequantur naturã febris pestilentis.

lentis. Sed cum ijs concurrit membri fortitudo & latitudo viarum.

Similiter conueniunt inter se omnia apostemata & pustulæ contingentes in Peste per venenositatem, quādo multiplicia fiunt. Sed à Peste maximè distinguuntur secundum humores, à quibus sumunt denominationis causam.

Etenim proprium est apostematum cholericorum ob tenuitatem choleræ, parua eleuatio, & mediocris tumor. Sanguineorum tumescentia maior ob crassitiem sanguinis, queq; habent duritiem & tensionem.

Distinguuntur etiam ratione loci. Nam valde mala sunt quę in emunctorijs gignuntur, peiora quæ post aures, pessima quę sub alis, & quę membra nobilia & principalia insequuntur, & maximè cor.

Distinguuntur etiam ratione temporis. Nam autumnalia apostemata sunt sæuiora.

Salubriora sunt si tendunt ad maturationem. Quòd si ad membri putrefactionem producuntur, mortalia sunt. Si autem febre deficiente tumor ingens nascitur, bonum: non deficiente verò febre, malum, quia maligna & multa est materia. Quòd si febris potius intenditur quam remittitur, mortale. Et tandem differunt per accidentia salubria & mortalia: de quibus multa signa comprehendi possunt per ea, quę a me supra narrata sunt.

Annotationes in peste.

QVibus admirationibus pestilentibus ducantur aliquando medici in admirationem longum esset recensere. Plurimæ siquidem sunt, sed ne in vacuū tendat oratio nostra, quę notatu dignę contigerit in an-

no 1528. Sedente Pont. Max. Clemente vij. Medices Florentino, paucis explicabuntur. Quatuor Eccellentissimi Medici oriundi ex colle vallis Elsę, Dominus Petrus Frãciscus Iustus, Dominus Antonius Cynus, Dominus Thomas Thomasius, & Dominus Iulianus de Arena sæpè conuenerunt, vt essent alloquuturi de peste, & de ijs quę notatu digna contingerent, & sub annotationibus ponerentur. Curabant autem quatuor hi medici vniuersam vallem, quam allabitur flumen elsa, antiquitus Esar: quod nomen apud Thuscos antiquos interpretabatur Deus, vt refert Strabo. Atq; erat tanta horum medicorum sollicitudo, vt in curatione non passi sint impedimentum, & multę hominum stragi opem tulere. Narrabant autem hanc pestem sæuisse maximè per vniuersam Tusciam, & cum incœpisset anno 1492. & fureret per vniuersam Italiam, modo delitescens in vna parte, modo alteram adoriebatur; tandem anno 1528. in Tuscia magna ex parte lues hęc extincta est. Incœpit autem sæuire per vniuersam vallem hanc, & colli patriæ meę maximè in mense Ianuarij, & grassata est vniuersum populum per septem menses. At duobus modis sæuiebat, furiebatque. Nam primis duobus mensibus fuit cum febre continua, maxima capitis grauitate, sputo sanguinis & moriebantur infra tres dies. In cæteris mẽsibus adueniente vere fuit etiam cum febre continua, apostematibus & pustulis, & in quinq; diebus homines moriebantur. Erat inquam tantæ feritatis pestis hęc, vt non solum interdicebantur publicarum rerum administrationes, ne in cœtu homines conuenirent, & in consilio, sed prohibebantur consuetudines, alloqutiones & visitationes. Hi autem Eccellentissimi Domini Medici cognoscentes quanti damni esset, vt si peste perirẽt homines, non

morerentur saltim cum animi merore & tristitia, eas seruitutes consuluere, & sacerdotes instituere, cum quibus in morte possent obuiam iri, & desperationi succurreretur. Et tanta fuit sollicitudo seruientium, vt læti à Peste detenti, pater filium, frater fratrum abdicaret à se libenter, ne vitio aliquo pestifero contaminarentur. Interim recognoscentes multi pœnas peccatorum suorum, se se animo & corpore Deo, sacerdotibus & cæteris seruitutibus commendabant & committebãt. In fine autem sexti mensis pestis remissa est, quia multi correpti à bubonibus, alijsq; tumoribus in fine febris euadebant.

Quod maxime notabant medici fuit, in omnibus grauitas capitis ante febrem & in febre: & post febrem quædam mensis alienatio, seu dementia. Erat autem cũ febre sputus sanguinis. De quibus accidentibus nulla est facta memoria in his libris, quorum auctores celebres sunt in conscribendis pestibus.

Verum ad quas causas referenda essent talia accidentia dubitabãt medici. Et licèt magnorum syderum coniunctiones fuiße in causa designarent, tamen in hac sententia non persistebant.

Aliqui dixerunt aerem venenatum inficere cor, & pulmonem, vnde sputus sanguinis ob collectionem factam in pectore.

Sed inter hos medicos qui bene senserunt, dubitabant etiam vnde sputus sanguinis, et vnde grauitas capitis & dementia.

De primo dicebãt, quòd facta perturbatione in pectore, coacta humorum colluuie, generatur apostema, quod tantæ molis erat, quod cum non posset à natura vinci per maturationem, rumpebatur per multitudinem, & acredinem collectionis. Quod cum adhuc

crudum

crudum eßet, ſpuebatur cum maxima virtutis vitalis interceptione. Vel ſi ſine apoſtemate ſputus ſanguinis fieret, vnde originem duceret. Fortaſſe à cæteris partibus propinquis in quibus multitudo vel acuitas ſanguinis ita excelleret, ut nullo pacto detineretur, ſed mediante motu anhelitus per ſputum educeretur.

Sed cum in ſiniſtro ventriculo cordis ſpiritus procreetur, & in dextro ſanguis, tex. Hippo. de corde, dicebant melius ſentientes, quòd cum cor à male affecto aere male afficeretur, & tale vitium eſſet in exceſſu ita, vt à natura ferri non poßet; vitiatis ſpiritu & ſanguine quædam vomica ſequebatur, per quam talis ſputus ſanguineus oſtendebatur. Erat autem hic affectus tamquã peripneumonia mali moris, ex vitiatis humoribus, cum ſanguine venenatis, contagioſis & aduſtis.

De ſecundo autem taliter loquebantur, ideſt de multa capitis grauedine, & cauſam dicebant ex Hippo. Caput enim ſemper trahit quod in corpore eſt, factaq; collectione, turbatione, putredine & cõtagione in præcordiis tale venenũ petebat caput, quod perſeuerabat ob multitudinem prauitatis, grauabat ob repletionem, in fine morbi dementes manebant: qui non deuicta penitus collectione, turbatione, putredine ſecundum omnẽ modũ, ab exuperanti cauſa adhuc detinebãtur. Quare & multi impediti aliqua parte corporis, vel ſenſitiua, vel motiua, vel rationali ſuperuixerunt.

Cognoſcebantur omnia hæc, & prædicebantur tali ordine. Humor quanto eſt benignior, tanto mali moris fit, & deteriorem ſuſcipit conuerſionem. Exempla & ſigna ſunt hæc, videlicet. Sperma in mala conuerſione deterior fit quam ſanguis meſtruus, & ſimiliter hoc quã ſanguis, et ſãguis magis quã chylus. Experi-

mento enim patet, quòd maior quantitas sanguinis reperitur in humano corpore quàm cholerę: estq; substantię crassionis quàm cholera. Propterea cum turbatur, seu deterioratur maior est turbatio, & feritas in ipso sanguine quàm in cholera. Hinc est quod morbus gallicus potius est à sanguine quàm à cholera; frequentius enim fit à sanguine quàm à cholera seu ab alijs humoribus: propterea difficilioris fit curationis, cum pauca interposita mora continentia contenta, & impetum facientia maximè affligantur. Attamen putredo contagium, & venenum, secundum quę pestis interficit homines, tanti est excessus & violentiæ, quantę nō est morbus gallicus, à quo non sequitur mors semper, sed continua fœditas & deformatio. Cum igitur benignus sit sanguis, qui in corde, hepate, & pręcordijs oritur, & fouetur; vbi forte fortuna à peste per putredinem, corruptionem, & venenum inficitur, in tantum venerit discrimen vitæ, vt potius ad interemptionem quàm ad ægritudinis salubritatem dependere videatur. Et tanto citius quanto nulla pars corporis de se potest promittere salutem.

Signa omnium apostematum erant hęc, videlicet:

Sanguineum apostema erat rubeum, & cum rubore purpureum.

Cholericum colore citrinum, flauum, subflauum.

Melancholicum colore fuscum, cineritium, liuidū.

Phlegmaticum colore album, pallidum.

Mixta secundum mixtionis exuberantiam in quanto, & in quali colore discernebantur.

Similiter ab adustione humorum magis & minus cognoscebantur.

Et sæuiora erant signa prout magna aderat febris, ingens nigredo linguæ & asperitas, sitis multa, &

ta, & escharar um fortitudo.

Venenositas autem erat maior & minor secundum intensionem, & remissionem accidentium: quæ cognoscebantur per pulsum, per vomitum, per animi deliquium, & per interceptam anhelationem, cum quibus nulla esset mutatio manifesta ad pestilentum apostematum remissionem.

Erāt itaq; apostemata magis & minus sæua ratione humorum, ex quibus fiebant sicuti supra dictū est.

Similiter ratione loci. Nam mala erant illa apostemata, quæ contingerant in emunctorijs, deteriora quæ post aures, pessima omnium quæ sub alis & præcipuè sub axilla sinistra. Quia cum maximè spiritualia & vitalia premerent, omnia incommoda sequebantur, quæ hominem à vita subtraherent, & mortem cum vita commutaret.

Erant etiam sæua huiusmodi apostemata ratione temporis, in autumno erant deteriora vt dictum est.

Quę nullam de se promittebant maturationem, concoctionemq; nullam pollicebantur spem salutis. At si in membro tumor fieret magnus, et febris decederet, & remitteretur, spes erat salutis: non deficiente enim febre humorum multitudo arguebatur; delitescente verò apostemate, & febre non decedente, nec remittente, mortem futuram propè arbitrabantur. Verum si quis apostematum significationes melius intelligere cupit, legat quæ dicta superius sunt de signis & accidentibus pestilentum morborum, & fortasse satisfiet.

Curatio febrium, & apostematum pestilentum.

HAbitis itaq; signis & indicationibus, quibus febres & apostemata in peste cognosci possunt,

nunc perquirenda est, & inuestiganda curatio. Et non vniuersales et communes medelæ secundum rationem narrabuntur, vt supra dictum est, sed particulares intentiones dicentur, prout rationes cum experimentis habent probationem & commercium.

Verum quia omnis morbus curatur per causam, primo de causis antecedentibus, secundo de causis coniunctis intentiones & curationes adducentur; tertio de regimine tam apostematibus quàm febribus commune nonnulla narrabuntur. Non vt repetantur ea quæ supra dicta sunt de præcautione, sed vt faciliori modo medici habeant regiminis intentionem

Cum medicus igitur occurrit ægroto peste laboranti, illico sibi proponat in animo has intentiones exequendas secundum rectitudinem curationis. Dico illico, quia morbus hic non dat inducias, & vt in prouerbium abijt, ne in crastinum feria. Propterea leniendus est venter aut cum glande vulgo suppositorio, aut cum clystere & decocti communis libra 1. s.

mellis violati onc. 3.
olei violati onc. 2. suchari rubei onc. 1.
salis drag. 2. innitiatur.

Quòd si peccet sanguis, annuente ætate, tempore, & virium robore cum alijs annexis sanguis mittatur ad onc. 6. prout tolerant vires, repletio & tempus anni. Sed secundum hanc præcautionem, vt si materia peccat in partibus animalibus, & timor sit ne per abscessum fiant parotides post aures, tunc fiat phlobothomia ex cephalica dextra. Si verò in partibus spiritualibus, quia timetur de tumore sub alis aut in pectore, tunc ex basilica phlobothomandus est aut dextra aut sinistra secundum rectitudinem. Quòd si materia est

ria eſt multa, & repletio plurima in his in partibus, vtraq; baſilica aperienda eſt ſecundum exigentiam multitudinis & tolerantiæ. Arguit enim tanta ſanguinis miſſio copiam eſſe plurimam, & totius corporis repletionem plurimam. Deniq; ſi conſtat materiam coactam eſſe in partibus naturalibus, & bubones fieri in inguine vel circa pecten, ſanguinis miſſio fieri debet ab vtraq; pedum ſaphena, vel ſub poplitibus ſecurior eſt. Si verò eſt mulier, cui detenti ſint menſes, vel hæmorrhoidarum cauſa, vel antiquorum vlcerum in tibijs, quæ amplius non fluant, hæc phlobothomia facienda eſt. Quòd ſi venæ non apparuerint, vt ſæpe contingere ſolet, tunc ſciaticę ſunt aperiendæ loco ſaphenarum ſecundum rectitudinem tumoris in inguine.

Sed dubitatur an maior ſit noxa mittendi ſanguinem in febre peſtilentiali quàm in alijs. Eſt dicendum, quòd quanto excedunt in periculo, tanto magis grauatur natura in errore phlobothomandi. Quòd ſi ætas prohibebat, aut aliud eſt incommodum, tunc loco phlobothomiæ faciendæ ſunt ſcarificationes, aut apponendæ ſunt ſanguiſugæ in locis opportunis. Exempli gratia, materia exiſtente in capite cucurbitulæ apponendę ſunt ſpatulis, aut ſanguiſugę applicandę, aut ſcarificationes faciendę. Exiſtente materia in ſpiritualibus cucurbitulæ ſunt ſpatulis affigendæ. Et tandem exiſtente materia in naturalibus ventoſę cum ſcarificatione aut cum ſanguiſugis circa nates, aut in locis apoſtematum ſunt affigendæ. Quantitas autem ſanguinis extrahatur tanta, quanta vires non lædat, & morbus remittatur.

Quòd ſi corpus plethoricum eſt, & ſecundũ vniuerſum repletum, & apoſtemata ſint plura ſecundum di-

uersas partes, tunc plures venæ aperiendæ sunt, & inicipiendum ab ea, quę magis vrget, nulla interposita mora in alijs secundum rectitudinem, vel sursum sint, vel deorsum: cum prę cautione tamen, vt virtus toleret & leuiter ferat. Quod intelligendum est etiam de ventosis ipsis, & sanguisugis.

Facta itaq; phlobothomia si adhuc humores putrescunt, vt plerumq; accidere solet, aut ipsi humores putridi sunt, tota intentio est ad euacuationem, nec cunctandum, quia mora facit periculum. Ideo post sex horas à phlobothomia euacuandi sunt. Aduertendum tamen, quod si sanguis non peccat, & timetur humorum cholericorum ebullitio, aut frigidorum cruditas, aut ægrotus phlobothomiam non suffert, tunc quàm primũ occurrit medicus ægroto pharmacum exhibere debet, habitis tamen his tribus præcautionibus.

Prima præcautio est, quòd medicina facilis, lenis, quę vulgo dicitur benedicta meliòr est, quàm fortis, exoluens, quę dicitur eradicatiua. Etenim hæ peioris sunt conditionis, quia membra nobilia lædunt, & eorũ virtutes pernecant.

Secunda præcautio est, quòd medicina liquida melior est quàm sicca. Et illa potior est, à qua non solum proprius humor, sed communes humores educuntur.

Tertia prę cautio est, vt medicina manifestè & effectiue educat de proprio humore, & de communibus excrementis quod conueniens est. Sed quia humores sunt venenati, eradicatiua eductio optima foret, si daretur medicamentum quod totum venenum efferre posset, & multa quantitas medicamentis valde timetur. Ideo eradicatiua eductio fieri non potest, sed per vices plures medicamentum exhibeatur. Multa siquidẽ humorum congeries proxima nobilibus membris, primisq;

misq; & principibus, cũ multum distet à locis euacuationem facientibus, ne bene disposita sit & digesta patitur hanc difficultatem, vt non existente corpore fluido neq; toleret, neq; leuiter ferat medicamentum vnũ sola vice tantũ. Ideo melius est per plures vices ipsum exhibere, vt natura facta fortior supra residuum leuetur à morbo.

Humor cholericus cognitus ex signis desuper narratis educitur per hoc medicamentum.

R. Cassię nouiter extractæ onc. 1.
Rhabarbari electi subtiliter puluerizati. drag. 1.
Spicæ gr. 3.

Infundetur rhabarbarum & spica in vino albo per horas tres, & facta expressione misceatur cum cassia; & tandem dissoluantur cum decocto prunorum tamarindorum, & violarum, facto in aqua acetosæ aut cichorij. Loco cassię potest poni mãnę electę ad onc. 1. s. Quòd si æger sit ventre stypticus potest addi Elect. de succo rosarum drag. 1. aut diaprunis solut. descriptione Nicolai vsq; ad drag. 1. s.

Humor cholericus adustus educitur quando cum cassia aut manna misceatur decoctum seri caprini, in quo fuerint infusæ violę, tamarindi, & pruna. Potest addi conf hamech ad drag 2.

Et quia contingint, vt ęgrotus aliquando liquidũ medicamentum abhorreat, tunc ei succurrendum est cum pillulis, vt

R. Aloes hepaticę }
Rhabarb. electi subtiliter puluerizati } *an. scrop. 2.*

Spicę, camphorę an gr. 2. cum aqua buglossæ reformentur pupillę, quæ sunt sine custodia, & sumi possunt quacumque hora occurrat infirmo Qui infirmus si strictus fuerit ventre, sępe has pillulas repetat aut

cum

cum eis addi potest scrop. s. pill. aurearum.

Pauperibus verò ægrotis concedi possunt hæ pill. pro quibus.

℞. aloes succotrinæ drag. 1.
Camphorę gr. 2. Cum aqua acetosę reformentur pillulæ, quę nigorari possunt cum scropulo s. pillul. aurearum. Quam dosim pillul. sumere potest infirmus, vt omni die egerat ter aut quater, & vt etiam humores peccantes educantur paulatine.

Humoribus verò mixtis ex cholera, & melancholia addenda est sena, & alternis diebus sumendæ sunt, nisi aliquando incommodum intercidat, vt probibeantur.

Phlegmate autem putrescente quod raro contingit
℞. pillul. alephanginarum scrop. 2.
Agarici præp. scrop. 1.
cum oxim. s. q. s reformentur pill. vel sumi potest cassia cum agarico trociscato, dissolutis cum aqua buglossæ, sed frequenter sumantur.

Melancholia peccãte ℞ cassiæ nou. extractæ. onc. 1. extrahatur autem cum aqua lactis.
senę drag. 1. vel drag. 2.
epythymi, thymi an. pugil. s.
salis gemmæ zinziberis an. gr. 5. bulliant herbæ vnica ebullitione leui in aqua lactis, fiat breuis potio, & capiat infirmus.

Factis itaq; purgationibus per phlebothomiam & pharmatiam, ita ut extinctus sit calor putredinis, & naturalis spiritus membrorum mobilium restitutus sit & maximè cordis: interius & exterius ministrari poterunt ea, quę maximè confere uidebuntur.

In

In causa calida.

Interius sumenda sunt oxizaccara, syr. de acetositate citri, limonis, de ribes, iuleb. rosatum, rob. de limonibus, de citro, de agresta, de granatis, de berberis & similia.

In causa frigida cũ ijsdẽ misceatur syr. de buglossa, saccarũ borraginatum, buglossatum, oximel. simplex.

Aquæ verò in calida causa sunt, rosata, enduiæ, cichorij, florum nenupharis & similia. In causa frigida aquę sunt, aquę melissæ, buglossi, florum borraginis, & florum rorismarini cum similibus.

Trocisci in causa calida sunt, de gallia moschata, de gallia alephangina, qui semper sunt cum frigidis permiscendi.

Confectiones in causa calida sunt, trium santalorum, diarhodonis abbatis, diacoralli, & hæc confectio infrascripta, pro qua.

℞. santalorum alb. & rub. corallorum pręp. an. drag. s. spodij scrop. s. Margarit. pp. drag. 1. hyacinthi, smaragdi, ossis de corde cerui an. scrop. 1. camphoræ scrop. s. sacchari onc. 8. cum aqua rosacea fiat confectio, de qua cap. infirmus. Sed aduerte, quod si appetitus caderet, aut iam cecidisset non ponatur camphora.

In causa frigida confectiones sunt, elect. de gemmis mes. conf. alchermes. Quæ cùm frigidis semper sunt temperandæ, imo semper frigida plurimum dominentur.

Exterius applicanda sunt epythemata cordialia ex aqua rosacea, acetosæ aceto, santalis, corallis, spodio, margar. camphora & alijs, secundũ exigentiã dispositionis.

ſitionis. Calida autem epythemata ſunt ex aqua meliſſę, baſiliconis gariophilatæ, cũ gariophilis, moſcho, ambra corticibus citri, croco auro, lapidę calcedonio, criſolito, ſmaragdo, hyacintho, borragine, bugloſſa, & floribus earumdem, qui à tota ſubſtantia & temperatura conferunt. Quæ epythemata conferunt in cauſa frigida in quibus potes etiam addere parum vini odorati ſecundum ordinationem quàm volueris.

In cauſa calida poteris vti hoc epytemate pro quo ℞. aquæ roſatæ lib. ſ. aquarum end. ſolatri, acetoſæ, bugloſſi an. onc. 3. aceti onc. 2. roſarum, coralli an. drag. 2 ſpodij drag. 1. croci, camphoræ an. ſcrop ſ. m. epythimetur regio cordis.

Ex odoratis in cauſa calida pro epythemate facienda ſunt. aqua roſacea acetum, flores nenupharis, ſantali & ſimilia. In cauſa frigida, ſunt, meliſſa, oximũ, gariophilatum, ambra moſchus, & ſimilia, de quibus alids dictum eſt. Queq; applicanda ſunt magis frigidæ quàm calidæ.

At ſi febris peſtilens à frigida cauſa contigerit, videlicet à phlegmate, ſiue à melancholia, licèt calida conueniant ex parte, attamen ſemper frigida dominatum habere neceſſe eſt, vt reſiſtant calori, putredini et febri. Contingit etiam aliquando, vt febris ſit in calore tepida, quia pendet à cauſa frigida, tunc theriaca, & confectiones cordiales exhiberi poſſunt, dummodo ab aliquibus frigidis medicamentis habeant commoderationem. Gradus autem refrigerationis ſignificatur per ſigna caliditatis, quæ quãto maiora ſunt, tanto excellentiori indigent extinctione. Quod promptius & expeditius fit cum potu aquæ frigidæ ad quantitatem multam, ideſt quantum æger bibere poteſt vna abligurritione poſt factas ſcilicet purgationes. Quæ compo-

tatio

tatio prompta esse debet, vt quamprimum calor ortus à putredine penitus extinguatur.

Conditiones autem obseruandę in potu frigidæ sunt istę, vt homo sit consuetus potare frigidam aquam. Nō sit factus debilis stomacho, membrisq; nobilibus. Non calore naturali infirmus. In visceribus apostemata non patiatur, nec habeat. Non persentiat dolorem à flatuositate aut à causa frigida. Non sit stricti pectoris, & anhelationem non patiatur. Quòd si contrarium extiterit his casibus supradictis infælix est frigidæ potus. Si autem homo carnosi corporis est, in tempore æstiuo calido, & consuetus nullum inter medicamento excellentius existimari potest.

Post igitur assumptam euacuationem quiescere debet infirmus saltim biduum, vel ante debet exhiberi huiusmodi potus frigidę si morbus nullam dat moram.

Exteriora etiam medicamenta ministranda sunt fronti, temporibus, pectori, hepati, & renibus, sed diuerso modo prout loca exigunt, et expedire videbitur. Pręcauenda autem sunt nimium refrigerantia, et nūquam sunt extreme frigida adhibēda, nisi turgeat morbus, & fortis sit causa. Etenim febris hæc magis nocet sua putredine & veneno, quàm ob caloris intensionē. Et calor hic magis interius quàm exterius agit: ideo delitescens febris est & occulta, ob id frigida exterius apposita timenda sunt. Quare Auicēna bene inquit, si prorogetur morbus ita, vt tendantur hypochrondia, infrigidentur exteriora, protrahantur vigiliæ, mentis permixtio accidat, necnon pectoris latio festina, & depressio cum maximo musculorum labore: tunc quam primum necessariæ sunt frictiones calefacientes, vt euocent vapores, quorum multiplicitas detinetur in spiritualibus partibus, & in cæteris interioribus mē-

bris; ex quibus talia sæpe contingunt accidentia. Sed est notandum, quòd quicquid pectori applicatur, semper gratia cordis faciundum est. Et plurima sollicitudo esse debet in extinctione putridi caloris cum ijs, quæ in ore tenentur: cum odoratis, & cum clysteribus. Cum quibus omnibus aer, cibus, & potus quantum esse debent frigida, iudicium explicat. Digestio etiam procuranda est, quæ pluribus modis fieri solet, & multas secum fert conditiones, quarum prima est, vt digestiuũ obstet putredini, venenatę euaporationi, & ipsorum calidum extinguat. Secunda conditio est, vt soletur, & roboret cor cũ cæteris membris principalibus. Tertia conditio est, vt peccantes humores digerat, & membra in quibus degunt, comedet. Quarta conditio est, vt crassefaciat, & conglutinet, vel subtiliet & incidat prout eorum substantia indiget. Sed vt plurimũ huiusmodi digestiua debent esse incisiua & attenuatiua. Nam in peste peccantes humores vt plurimũ crassi sunt, saltim per adustionem; de quibus digestiuis alias dictum est, verum syrupus acetosus simplex & oxizacchara maximi sunt momenti & necessitatis, cum quibus annexi sunt & alij, vt supra ostensum est.

Eradicatio peragenda est si fieri potest, cum quibus medicamentis supra dictum fuit. Sed per plures vices huiusmodi eradicatio est administranda tũ propter materiei crassitatem, tum propter virtutis imbecillitatē. Et ob id eradicatiua medicamenta plura requirunt commoda. Primo vt extinguant causam facientem apostema, & detrudant materiam à membro nobili ad ignobile, vti sunt si apostemata ab interioribus ad exteriora extuberauerint. Et primo die, vel in principio ægritudinis præmissi seuacuationibus cucurbitula super apostemate applicari potest; dũmodo

sit

ſit aptitudo & conferentia, non neglecta ſcarificatione. Quòd ſi ſcarificatio apta non ſit, applicentur irudines, quibus deciſis exprimenda ſunt loca forti manu, vt quicquid collectum fuerit, extrahatur. Quibus peractis ſi apoſtema ſimplex eſt ſuperinducatur eſchara. Sed quando apoſtema vulceroſum non eſt, & nulla indiget mundificatione, poſt expreſſam materiā illico cicatrizandum eſt. Verum quia apoſtemata in peſte deterioris ſunt conditionis quā quæ abſq; peſte & contagione contingunt, loco cicatrizandi, illico cauterizanda ſunt & vrenda. Vſtio verò profunda eſſe debet, vel lata, vbi in ſuperficie debeat extendi: aut ſtricta ſecundum apoſtematis quantitatem & loci naturam: & fortis ſubſequatur eſchara cum præſeruatione neruorum & chordarum à læſione. Et ſi timetur de actuali vſtione, fiat ex potentiali, videlicet cum capitello in forma communi, deinde ſtatim ſuper vſtione facta ponatur de vitello oui cum oleo violato ſimul mixtis, aut de malua cocta cum axungia porcina. Et tandem depoſita eſchara fiat ſubſtantiæ inſtauratio & cicatrizatio. Contingere autem poteſt, vt premiſsis ventoſis & irudinibus apoſtema expoſtulet maturationem, tunc apponenda ſunt emplaſtra ſecundum hunc modum, videlicet:

℞. maluauiſci onc. 3. ideſt radicum eius, bulliant in ſ. q. aquæ ad perfectam cocturam, piſtentur, & adde
farinę fænugræci }
farinæ ſeminis lini } *an. drag. 3.*
fermenti onc. 1.
ficuum pinguium ſiccarum drag. 4.
olei liliorum alborū }
pinguedinis porci } *an. q. s. fiat emplaſtrum,*
& applicetur loco apoſtematis tepidum.

Materia

Materia existente multum crassa & frigida addatur supradictis omnibus radices ireos coctæ sub cineribus, aut radices liliorum alborū, aut cępę albæ, quę omnia sint etiam cocta sub cineribus, & fiat emplastrum vt supra dictum est.

Maturato apostemate rumpatur aut cum ferro aut cum cauterio, mundificetur, carne impleatur, & cicatrice superinducatur.

Existente apostemate mali moris, & existente materia ad maturationem contumaci, vratur igne vel actuali, vel potentiali; deposita eschara mundificetur, carne instauretur, & tandem cicatrizetur.

Accidentium autem correctio multiplex est & diuersa, veluti sunt multi & diuersi infirmi, videlicet, dolor capitis; aliena loquutio, siue phrenesis non vera, & aliquando vera; vigiliæ, subeth, alcola, constrictio anhelitus, prostratio appetitus ad cibum, sitis intensa, tremor cordis et animi deliquium. De quibus omnibus verba facere aut hic breuis noster sermo traheretur in longum, aut cęteri libri aliorum spoliarentur ijs orationibus, quas discreto ordine conscripsere.

Bene verum est, quòd aliquando prę malitia apostematum, & eorum maxima repletione loca putrescunt, pascuntur, et corrumpuntur: sed tunc succurrendum fore arbitror cum educentibus iteratis, scarificando scilicet vt materia, quę in intimo est, educatur, & ob coactionem factam euaporet & minuatur. Post scarificationes verò lauentur loca, & secundum circumferentiam liniatur. Lotio sit cum aceto & sale. Linitio verò cū bolo armeno, aceto, & oleo rosaceo: & in maiori necessitate ponatur medicamentū Auicēnę, quod recipit aluminis, mellis, viridis ęris an. partes æquales; cui bonum esset abdere parum aceti. Quod remouet corru-

corruptũ, est non permittit corruptionem fieri, & seruat locum. Desuper emplastra calefacientia non sunt ponenda & calida lintheane loco auxilij sequatur innati caloris suffocatio & extinctio.

Vlcera corrosiua etiam cum scarificationibus liberantur à corrosione, & quando superponuntur ea, de quibus factus est sermo. Nam in vlceribus ijs ponenda sunt frigida, sicca, styptica, corrodentia, & caustica secundum maiorem et minorem necessitatem. Adhibendum est etiam vnguentum ægyptiacum prout expedierit intensioni & remissioni causæ, à qua factum est apostema. Sed notandum, quòd circa vlcerum circumferentias linitur cum medicamentis frigidis et siccis, propter duas causas. Prima est, vt prohibeatur ambulatio, corrosio, & putrefactio. Secunda est, quando timor est, ne materia apostemati petat cor, & membra nobilia per venas & arterias, adeo vt materia antecedens non fiat coniuncta; & esset error, quia in quo natura plurimum non grauatur, protinus grauaretur cum periculo.

Et tandem curatio quę fit per sex res non naturales maximopere intelligenda est, de quibus præceptiones sunt multę. Et maximi errores fiunt, vbi despicabiles apud medicos assidentes & ægrotos fiunt. Sed in peiori conditione est ægrotus, quia in ijs labi, errare, et nescire malum quippe & turpe omnibus est, sed ægroto pessimum & mortale. At hæc omnia qui dicentur, particulariter annotabuntur, quia vniuersaliter supra dicta sunt, in quibus breuitas supplebit loco exempli, ne confundantur rationes superius habitæ.

Aer itaque in quo permanent ægroti, debet esse ad frigiditatem & siccitatem declinans, & tanto sit frigidior quanto febris est intensior, sit in eo bonus odor

à bene redolentibus. Pro pauperibus sunt folia pineorum, cytoniorum, sorborum, mespilorum, ruborum, & quercuum. Pro diuitibus verò sunt acetum & aqua rosacea, quæ spargantur per thalamum; seu acetum cum aqua mixtum, in quo madefiant linthea, quæ madida appendantur ad hostium thalami ægrotantis. Fiant suffumigia ex rosis, santalis, et camphora, cum quibus rebus frigidis aliquãdo sit modicum odoris calidi probati, vt quando febris prorogetur, & tempus frigidum sit, odor longo tempore duret. In maxima febris acuitate & vehe mentia fontes stillantes pensiles boni sunt, præcipuè in calida æstate, vt assidue thalami aer renouetur, & respiret; bis autem & ter in die reseratis fenestris ipsius thalami, & ostio adaperto. Multum siquidem respiranti ægroto hæ aeris vicissitudines ad frigidum prosunt, conducunt etiam aßistentibus, & conuenientibus ad medelam. In tempore humido & frigido accendantur ignes, qui modum non excedant, ne thalamus supercalescat. Obest plurimum quando aliqui visuri ægrotum ingrediuntur in eius thalamum currentes & anhelantes; quare quiescant prius in parte domus vbi lætus sit aer, deinde ad ægrotum ingrediantur; stent ante ignem, vel ad fenestram, & nullum sint impedimentum liberi aeris ad ipsum ægrotum. Opportuna loquantur, odora portent; si medicus est, tangat pulsum ægri, consideret anhelitum, signa & accidentia. Statim egrediantur è thalamo omnes qui cum medico ingreßi sunt, atque parentur exequutioni omnia, quæ à medico pręcipiuntur pro ægroti sanitate. Vrinæ & deiectiones ventris extra thalamum inspiciendæ sunt, imo in thalamo moram habere non debent, ne in aere faciant alteratione͂.

Cibi & potus declinent ad frigidum & siccum; &

tanto frigidiores quanto febris intensior, & tanto sicciores quanto humor putredinis humidior, sicuti sunt sanguis & phlegma. Sint boni nutrimenti, & parui excrementi, coctu faciles, citæ conuersionis in alimentum nō putridum, neq; obesum, vt obstructionem pariat. Inter omnia alimenta bona sunt, panis subactus ex duabus partibus farinæ tritici, & tertia parte farinæ hordei, fermentatus mediocriter, salitus, coctus, editus in secunda die vel tertia, & edatur in pauca quantitate. Cui si in fermentatione addatur parum aceti præstantior erit. Potus sit vinum album, subtile, clarum, anniculum, lymphatum ad quadruplum cum aqua cocta, habita consideratione febris, temporis, & virium.

Vinum granatorum aqua mixtum in magna febre, & aqua cum pauco aceto maximè expediunt. Sed virtute debili, & stomacho infirmo vini parum conuenit; quod sit album, subtile, & oligophorum, ob spirituum instaurationem, viriumque refectionem; quod sit aqua multa dilutum. Non est autem permittendum vinum, nisi quando necessitas vrget, sed concedatur aqua cocta, vt in cæteris febribus acutis fieri solet. Infirmi autem febri pestilentiali in summa siti semper sunt refocillandi, quoniam in ista febre spiritus non patiuntur nimiam refrigerationem neq; multam exiccationem.

Fercula sint ex pane loto cū frigida aqua, agresta, succo limonū, citriorū, granatorū, berberorū, et similiū. Contusum pullę, ptisana hordeacea cū agresta, cucurbita cum agresta, ferculum ex pulla contusa, cum aqua rosata, amygdalis dulcibus, sacchairo, cum succo aranciorum, citri, aut limonum. Omnia igitur acria & acetosa conueniunt in cibarijs, & bonum etiam esset vti

set uti in eisdem huiuscemodi puluere ad quantitatem scrop. 1. pro viuere, si diuites sint, vt:

R. Margaritarum præparatorum drag. 2.
corallorum rubeorum drag. 1.
Hiacinthi, granati, smaragdi, saphiri an. drag. s. fol. auri nu. 10. Prçparentur præparanda fiat puluis subtilißimus, & vtatur in ferculis vt dictum est. In febre autem æstuosa possent addi supradictæ descriptioni santalorum rub. & citrinorum an. scrop. 1. s. camphoræ gr. 6.

Carnes sint pulli, phasiani, perdices, ficedulç, & aues paruæ, assæ potius quàm elixç cum aceto & agresta. Sunt autem nonnulli medici, qui prohibent carnes, & vinum, sed ego exhibeo cum ea præcautione, de qua superius dictū est, & non faciunt incommodū.

Pisces concedi possunt, parui, petrosi, & qui condimentum habeant cum acribus & acetosis supradictis.

Fructus omnes prohibendi, præter pyrum & malum debite coctum. Conueniunt etiam pruna damascena, augustana, citria, & arancia. Quicumq; autem fructus putrescibiles sunt, cum nullam recipiant correctionem, inhibendi sunt, nisi fortasse concederentur ad excitandum appetitum, & particularis conditio non obstet.

Confectiones conueniunt hç, vt manuschristi cum margaritis, aut corallis, pruna damascena condita, diatriasantalum, & in fine mensæ coriandrum, pyra, aut cydonia.

Canones in cibatione sunt, vt ęgri uiolentius & frequentius comedant quàm in aliјs febribus; & extra horam sumant de confectione manuschristi, aut de aliјs confectionibus cordialibus. Nam huiusmodi ægroti habent

ti habent opus continua ſpirituum inſtauratione, & conſtantia appetitus.

Cibationes per diem & noctem ſint ſeptem numero. Potus ſint actu frigidi; vnctuoſa cauenda ſunt & oleaginea, quia facile inflammantur et putreſcunt.

Somnus ſit multus, non continuus, ſed interceptus, videlicet ad duas horas. Et quamuis nocturnus ob cõſuetudinem ſit melioris conditionis, attamen quia peſte ægrotantes multo magis noctu affliguntur quàm diu, ideo in meliori quiete ſemper ſomno ſtudendũ eſt.

Euacuationes naturales ſolitæ ſunt procurandæ, & non naturales quoq; ſi diu fuerint ex conſuetudine.

Quies confert, & leues frictiones extremarum partium.

Sit gaudium, & lætitia tali ægrotanti, iocunda audiat, & grata loquatur.

Fugiat iram, deſperationem, timorem, triſtitiam, et profundas animi cogitationes, ne anſa præſtetur deteriori morbo potius ad mortem quàm ad ſalutem.

Curatio ſputi ſanguinis in peſte.

ET ſi ſoluti ventris, & lenitio præmittenda ſit ante phlobothomiam in omni morbo acuto, multo magis eſt obſeruanda in Peſte quando contingat ſputus ſanguinis. Sollicitanda quidem eſt curatio ante quàm corpus corrumpatur, & eo magis quanto magis peſtis non dat inducias. Phlobothometur itaque baſilica dextri lateris ad onc. 6. ſanguinis pro virium, & ætatis conditione. Et ſi multa eſt totius corporis repletio, defecerint hæmorrhoides, aut ſuppreſſa ſint menſtrua, & crura plagis læſa amplius non fluant, tunc primo ſaphena aperienda eſt, aut vena poplitis; deinde ad ſex

horas aperiatur basilica dextra ut prius dictum est, & tantum sanguinis mittatur, quantum multitudo repletionis cum virtutis tolerantia expostulat: & ego libram sanguinis transcendi. Expedit etiam per octo horas postea aperire saluatellam manus dextrę. Applicentur ventosę natibus cum scarificatione, vel applicentur sanguisugæ ob ætatem, si fieri non potest phlobothomia. Quæ omnia sunt communia remedia in sputo sanguinis cum febre, cum apostemate pulmonis, vel nullo existente apostemate in ipso pulmone.

Existente autem apostemate in pulmone sputus sit facilis cum syr. violato, iniubino, de cannis, & de granatis dulcibus, cum decocto hordei, iniubarum, & violarum. Si sputus protrahatur, & sit opus maiori abstersione, in decocto ponatur liquiritia, & semina communia frigida maiora. Maior autem abstersio fiet, & incisio si addatur quarta pars oximellis. s. Exterius vngatur pectus cum oleo violato, amygd. dul. In ore tenendum est semper diatragacanthum frigidum descript. Nicolai: & si expedierit euacuatio, tunc hoc pharmacum est exhibendum, pro quo.

R. cassiæ no. tr. onc. 1. vel mannæ electæ onc. 1. s. cum decocto prunorum, violarũ, iniubarũ, sebesten, florũ borraginis & buglosii facto in sero caprino q. s. fiat potio breuis, & cap. in mane ante prandium.

Cibus sit ptisana. panis lotus, aut decoquatur panis in brodio pullæ, vel sit contusum alteratum cum seminibus communibus & carne pullæ.

Potus sit aqua hordei cum pauco vini, quando timeatur de virtute.

Quòd si sanguis multus expuatur, et vomica significatur, tũc cõstringendus est, sed aduertendũ est ne impediatur apostema, si adest. Ad restringendũ autẽ huiusmodi

iusmodi sanguinē cōueniens est diatragaanthū cū bolo armeno orientali. Similiter & coralli sanguinē stringunt, sputū facilitant, anhelitū dilatant, & cor exhilarāt. Si verò ex ruptura venæ tantū sputus est sine apostemate. phlobothomia decernatur vt dictū est. Postea studendū est cōstrictioni, et proprie cū cordialibus frigidis, præseruātibus a putredine, cuiusmodi sunt trocisci de caraba, de terra sigillata, & bolus armenus oriētalis sūptus cū succo plātaginis est in hac infirmitate mirificus. Valet etiā ad hoc saccharū rosatū antiquū cū bolo armeno oriētali mixtū simul. Vnctiones exterius fiant cū trociscis de terra sigillata de caraba & similibus. Et in huiusmodi sputo sanguinis in peste semper miscenda sunt cordialia resistentia venenositati cum his quæ constringunt; quæ omnia pulmonem facilè ingrediantur, & præseruent à putredine.

Conualescentes quomodo regendi sint.

ET quoniam contingit, vt conualescentes ab ægritudine ventre sint cōstricti, & styptici, descriptio harum pill. conferet & conducet, pro quibus.

℞. mirobalanorum chebulorum. indorum, rhabar. cordumeni, cinnamomi, gariophilorum, galangæ an. drag. 1.
masticis drag 2.
Aloes hepaticæ drag. 3. conficiantur cū succo mēthæ, in quo sit infusum agaricū, quo succo colato reformentur pill ad pōdus drag. 1. sit dosis vna, ex qua dosi poterunt formari pillulæ 3. numero, vel 5. vel 6. quas cap. infirmus mane aut vespere ante cibum: & sunt sine custodia, roborantes stomachum, excitantes appetitum, & ducentes ad conferentiā. His verò qui inordinate viuunt conueniunt pill. de aloe loto. Conue-

nit autem conualescentibus huiusmodi descriptio pillularum, pro quibus.

R. santalorum alborum, rosarum rub. spodij, mastičis, xiloaloes an. drag. 1. s. cinnamomi, florum eupatorij, sem. end. scariolæ, rem. communium quatuor frigidorum, polypodij, carthami an onc. 1. coquantur omnia in aqua endiuiæ, acetosæ an. lib. 1. aquæ bettonicę onc. 8. bulliant ad medietatem, colentur, fortittr exprimātur, cui expressioni adde aloes hepaticæ li. s. quinq; vicibus, fiat omniū magdaleon, & dotis sit drag. 1. pro vice: quæ pillul. fiant in mense Iulij, & seruantur per annum.

Et quoniam opus hoc nostrum abundet omnibus rebus, quibus opus habet medicus in curanda huiusmodi ægritudine pestilentiali, ideo ab hoc infra describuntur breuiter aliqua, quę magnopere conducūt ad ipsius pestis curationem; huiusmodi autem erunt aliqui syrupi, decocta, confectiones, epythemata, pulueres, lapides, simplicia medicamenta, odores, quędam alię pill. diuersorum authorum, iuleb. potiones, emplastra, vesicatoria, vnguenta, vnctiones, et electuaria: de quibus omnibus feriatim, sigillatimq; sequentes paginæ loquētur adamussim. Et vt incipiam, syr. in peste bonus est iste pro quo facientes pulueres carnem.

R. radicum rusci, asparagi, graminis, herbæ tunici an. onc. 1. capil. vener. Lupulorum, buglossæ, borragines, endiuiæ, fumiterrę, hysopi, acetosę an. m. 1. quasem. mai. frigid. anisorum an. drag. 7. pruna nu. 20. liquiritiæ, passularū an. onc. s. hordei pug. 1. saccharri lib. 1. succi granatorum onc. 3. succi cytoniorum, citri, limonum an. q. s. fiat syr. s. a. perfecte coctu,, aromatizetur cum cinnamommi, macis, gariopholorum an. scop. 1. s. dosis est vsq; ad onc. 2. pro vice.

Decoctum in peste. R. verbenę cum radicibus. m. 4. bulliant ad tertias in olla noua plena aceto acri, & de colatura detur patienti onc. s. cui potest addi theriaca elect. drag. 1.

Aliud decoctum. R. gentianæ lib. 3. rad. fæniculi lib 1. rad. appij onc. 3. rad. tormentillę onc. 2. aquæ lib. 10 bulliant omnia ad perfectam cocturam, exprimantur fortiter, & expressum coquatur ad spißitudinem mellis de quo capiat ęger febricitans drag. 2. cum aqua calida, non febricitans verò cum vino in aurora ad eamdem dosim, vsq; ad onc. 2. ad plus.

Confectio contra pestem, R. margaritarum præp. drag 1. limaturæ auri scrop. 1. s. santalorum omnium doronici an. drag. 2. rosarū drag. 4. quatuor sem. frig. mai. sem. citri, acetosæ, coriandorum præp. an. drag. s. rad. tormentillę, tunici, diptami, ligni aloës, serici crudi, ambræ, boli armeni orientalis, spodij, oßis de corde cerui, corallorum amborum, ramentorum vnicorni an. scrop. 1. camphoræ scrop. s. conseruę rosl. buglośatę an. onc. 1. corticis citri saccharo conditi drag. 10. conseruæ acetosæ, nenupharis, pulpæ tamarindorum an. onc. s. auri folia nu. 5. fiat confectio cum saccharo, quod dißoluatur cum succo cytoniorum, limonum, citriorum, aranciorum, acetosæ, & buglossæ; vtere quando opus sit. Possunt etiam addi huic conf. fragmenta pretiosa.

Alia confectio præstans & excellens, pro qua R. sem. iuniperi onc. 1. gariophilorum, macis, nucis moschatæ, zinziberis, zedoariæ, galāgę an. dra. 1. vtriusq; aristolochiæ, gentianę, tormentillę, tunici, diptami, helenij, been vtriusq; ireos, doronici an. drag. 2. ruthæ. balsaminæ, saluię, scabiosę pulegij, linguæ ceruinæ, menthæ an scrop. 3. baccarum lauri. sem. acetosæ, oxi

mi,

mi. citri. masticis, thuris boliarmeni, terræ sigillatæ, spodij, ossis de corde cerui, cornu cerui, vnicornu an. scrop. s. margaritarum vtrarumq; vtriusq; coralli, santalorum omnium, rosarũ rub. an scrop 2. fragmentorũ omniũ preciosorũ an scrop. 2. s. zucchari rosati, buglossati. cons de oxalide, corticis citri conditi cũ zucc. tamarindorũ an. drag. 3. theriacę electę onc. 1. camphorę drag. 1. folia auri nu. 10. sacchari dißoluti in aqua ros. q. s. fiat conf. s a & vtatur æger ad placitum.

Alia cõfectio, pro qua R. zucchari violati, borraginati buglossati an. onc. 1. elect. de gemmis drag 3. folia argenti, & auri an. nu. 2. mis. dosis est ad placitũ.

Alia confectio pro qua R nuces 20. ficus siccas 15 ruthæ. absinthij, scabiosæ. sonci an. pug. 1 aristolochiæ rotũdæ onc. 1. s. lõgę drag. 4. tormẽtillæ, diptami albi, pimpinellæ, baccarum lauri an. onc. 2. s. florum borraginis, cort. capparorum galangæ, ossis de corde cerui, macis, myrrhę; boliarmeni. terræ sigillatę. salis communis an. drag. 2. pistentur pistanda. & cum mellis depurati lib. 3. vel q s. fiat confectio, de qua capiat ęger omni mane drag. 3. pro vice, et superbibat modicum aceti albi Qui senserit se corruptum à peste, sumat subito theriacam ad drag. 1. cum aquæ buglossæ onc. 2. lectum postea ingrediatur & sudet.

Epythemata contra pestem in calida febre, & tempore calido sunt secundum hanc formam, vt.

R. aquarũ solatri. end lactucę. plãtag. cucurbitæ, absinthij an. onc. 3 aceti rosati onc 2 pulueris santalorum omniũ, rosarũ rub an drag. 1. calami arom squinãthi, cyperi an drag s cãphorę scrop. 1. croci parũ. Fiat hęc epythemata mane, et vesperi ante cibũ sup regione cordis. In quibus loco aquarũ poßũt poni succi d. herbarũ.

Puluere contra pestem taliter poßunt ordinari, vt

R.

℞ sem citri, acetosę an. drag. 2. rad. diptami, gentianę, tormētillę an. drag. 2. s. boli armeni onc. 1. cinnamomi elect. onc. s. margarit saphirorum, ossis de corde cerui an. drag. 1. santalorum omnium, sem. oximi an. drag. 1. s. fiat puluis subtilißimus, de quo cap drag 1. pro vice aut cum aqua acetosæ, aut alia propria.

Alius puluis contra pestem & venenum ℞. boli armeni onc. s. rad. tormētillæ drag. 2. rad tunici drag. 1. sacchari ad pondus omnium, fiat puluis, & vtitor.

Alius puluis secundum descriptionem Auicen. in tract. de viribus cordis, qui talis est. ℞ ambræ drag 1. moschi drag. s camphoræ scrop. 1. fiat puluis & cum aqua acetosæ formetur bolus capiendus ante cibum.

Alius puluis, ℞. troc. de terra lemnia drag. 2. de spodio drag. 1. boli armeni, tria santalorum an. onc. 1. s. pulueris elect. de gemmis scrop. 2. pul. diamargaritonis frig. scrop. s. conseruæ rosarum, syr. rosati an. drag 6 succi buglossę, & scabiosæ an. q. s. m. dosis est drag 1. pro vice. Sine conseruis & succis possunt fieri pulueres sup. quibus vti poteris ad placitum.

Alius puluis, qui dicitur esse Gregorij X I. Pont. Max contra pestem, pro quo ℞. spodij, santalorum omnium, coralli vtriusq; galangæ, ros. rub. tormentillę, tunici, diptami, doronici, boli armeni, terræ sigillatæ, tragaganthæ an. onc. s. nucis moschatæ. macis, liquiritiæ, sem. bombycis an. drag. 2. cinnamomi electi onc. 1 zinziberis drag. 2. s. ossis de corde cerui, anisorum, sem. end lactucæ, acet. portulacæ an. drag. 1. camphoræ drag. s. de omnibus fiat puluis pro vsu, ad drag. 1. pro vice.

Alius puluis pro ferculis. ℞. margar. drag. 2. corallorũ alborũ drag. s. rosarũ rub. spodij an scr. 1. cinnamomi dr. 1. croci scr. s. fiat puluis subtilißimus pro vsu.

Alius

Alius puluis cum vino. R. diptami albi, tormentillę, verbenę scabiosæ, zedoarię, carlinæ, cuperosę an. drag. 1. puluerizentur omnia subtiliter, & dosis est drag. 1. pro vice, qui puluis potest etiam accipi cum aqua vel cum brodio. Cupa rosa autem est spuma vitrioli Romani tendens ad albedinem, non autem ad rubedinem, quę recipitur optima io agro volaterrano.

Alius puluis cum aqua endiuię ieiuno stomacho. R. aristolochię rotundę, diptami albi, cornu cerui vsti, boli armoni. santalorum omnium, margarit. an. drag. 1 tormentillæ drag. 2. camphorę drag. s. zucchari fini drag. 2. m. & f. puluis, dosis est drag. 1. pro qualibet vice.

Lapides pretiosi in peste qui valent à proprietate sunt, Hyacinthus collo suspensus vel in digito portatus, circumdatus auro, qui carnem tangat, præseruat à peste, & hominem dignum & honoratum facit.

Smaragdus seruat, & sanat à peste, fugat epylepsiã & discutit, texte Arist. qui pręcepit vt puerorũ collo suspenderetur. Stomacho, intestinis, & cerebro prodest, & diarrhæę succurrit.

Corallus cor, & stomachum recreat, si collo manibusq; appendatur, & pestem arcet.

Carbũculus teste Alberto magno, rubinus, saphirus, in annullis aureis delati, venenosa fugant, & à peste tuentur.

Simplicia medicamenta contra pestem sunt, citri cortex, & semen, tormentilla, gentiana, ireos, diptamus, herba tunici, terra sigillata, bolus armenus, sericum crudum, coccus baphica, aurum, argentum, margaritę, os de corde cerui ambra, moschus, camphora, xiloaloes, endiuia, cassia, mirabolanus flaua & cepula condita, sucus fumarię, end. lupulorũ, buglossi, bor-

raginis,

vaginis, & hyperici. Cardiaca omnia quę referuntur ab Auic. in suo de viribus cordis. Tythymalus contusa posita super exituris pestilentibus in inguinibus & sub alis facit efflorescere & prodest. Zedearia, & tormentilla in ore detenta multum valet in tempore pestis, vel si bibatur eorum puluis cum vino albo. Cardus sanctus etiam plurimum valet, si bibatur de eius puluere, de eius succo, aut de eius aqua stillata: qui valet etiam quartanarijs.

Odores etiam fieri possunt contra pestem, pro quibus cõficiendis R. santal. alb. et rub. an. scrop. 1. s. rosarum, santal citrin. an. drag. 2. camphorę scrop. s boli arm. drag. 1. s. laudani scrop. 2. gariophilarũ scrop. 1. moschi, ambrę an gr. 5. draganthi, gummi arabici an. q. s laudanum dissoluatur cum oleo de been cum pistello calido, misce, & fiat pomum manibus portandum tempore calido.

Aliud pomum in tempore frigido, pro quo R. gallię muschatę, ligni aloes, storacis calamitę, gariophilorum an drag. 1 ambrę grisęę drag. s. moschi scrop s. laudani drag 2 macis scrop. 2. draganti, gummi arabici an q. s. laudanum & storax dissoluatur cum oleo de been, & cum pistello calido formetur pomum. Ex hac etiam compositione possunt fieri pastilli, qui positi super prunas bene olent. Quorum vsus semper vitandus est repleto capite.

Aliud pomum, pro quo R. gariophilorum, cinnamomi. santalorum rub. croci an. drag. s. macis drag 1. moschi, camphorę an. gr. 2. laudani q s. reformentur sicut supradicta alia poma.

Pillulę etiam secundum diuersas descriptiones inueniuntur bonę ad pestem, quarum vna desiriptio est ruffi satis experta & bona, pro quibus conficiendis R.

aloes

aloes drag. 2. myrrhã, croci an drag. 1. pulverizentur omnia, & conficiantur pillulę cũ vino aromatico dosis est drag. 1. pro vice. De quibus dicit Rasis ad Almãsorem cap. de peste. quòd numquam vidit hominem mortuum à peste, qui has pill. sumeret.

Descriptio alia pillul. Marsilij de santa Sophia, pro quibus R. aloes drag. 4 myrrhę drag. 1 croci scrop. 1. s. boli armeni infusi in vino albo subtili, & aqua rosata drag. 1 5. agarici infusi in syr. de acido citri, camphorę an. scropu. 3. s. m. fiat massa, dosis est drag. 1.

Pillul. Antonij Chermisoni R. aloes drag. 6. myrrhę, boli armeni an. drag. 3. croci drag. 1. s. rhab. electi, tormentillę, granorum ribes, santalorum rub. loco granorum ribes ponatur sem. acetosæ an. drag. 2. agarici, corticum citri an. drag. 1. spicę scrop. s. sem. citri scrop. 2. corall. rub. drag. 1. s. camphorę gr. ij. cum syr. de ribes, fiat massa, vtatur.

Pillul. eductiuæ in peste. R. coloquintidę, tragacanthi, salis gemmę an. drag. 2. resinæ drag. 4. misceantur omnia cum succo porri, postea adde foliorum auri, ossis de corde cerui, ligni aloes, croci, sem. oximi, rosarum rub. ben albi & rubei an. drag. 3. alids gr. 3. gariophylorum, masticis an. gr. 6 margarit. mischi. ambrę an gr. 2: rhab, electi drag. 3 senę drag. 1. s. spicę gr. 3. cum succo melissę fiat massa, dosis est drag. 1. pro vice.

Alię pillul. Magistri Maggi Florẽtini, pro quibus R. agarici drag. 4 rhab. hermodactyl. turbith an. dra. 2. hierę picrę tantundem, mirobalanorum citrin. chebulorum an. drag. 2. s. salis gemmę, zinziberis, masticis, ol: bani alias gallię moschatę croci an. drag. 1. myrrha dr. 3. aloes ad põdus omnium. Diagridij gr. 2. cum vino

vino granatorũ formetur massa pro vsu dicto. In ęstate potest addi camphoræ drag. 1 .s. boli armeni drag. 3.

Pill. Conciliatoris, pro quibus ℞ coloquintidæ, laudani an. drag. 6. aristolochiæ rotundę, agarici an. dr. 2. succi rosarum onc. s. diagridij, mastiicis an. dr. 2. diagridium & mastix reducatur in corpus cum succo rosarum; coloquintida & laudanum cum oleo rosato, & tandẽ de omnibus fiat massa. Pro pręseruatione dosis est scrop. 1. pillula reformata cum vino, pro euacuatione vero est drag. 1. capienda in aurora: & sunt pillulę efficacißimę.

Possunt etiã ordinari ab excellentiss. Physicis diuersa iuleb, quorũ vna descriptio in tẽpore frigido est ℞. bettonicæ, scabiosę, camedreos cichorij, calamenthi mõtani an. m. 1. sem. citri, corticũ citri an onc. 1. zedoariæ, ben albi, & mundi rubei, calami aromatici, stæchados an. drag. 1. pistentur omnia crasso modo, ponantur in infusione per duos dies & noctes in lib. 6 aquę, destillentur, & sublimentur per vitrum, & in libra vna aquæ ponatur sacchari lib. s. aceti onc. s. fiat iuleb, quod aromatizetur cum gariophilis, mace, cardamomo, croco an. ligatis in petia, quod iuleb valet in febribus lentis.

Aliud iuleb in tempore calido, ℞. end. lactucę, scariolę, acetosæ, sem. citri mundi an. onc. 1. rosarum rub. violarum, florum nymphaę, florum boraginis, buglossi an. onc s florum rorismarini drag. 1. Infundantur omnia in aqua rosata, & destillentur per alembicum; & cum aqua, zucchаro, acido citri, succo granatorum, & limonum. s. a. fiat iuleb, quod aromatizetur cum santalis, rosis, spodio, et croco parum; addendo in fine aquę ros. damascenarum onc. 3. dosis est ad onc. 2. cum aqua frigida.

Potiones

Potiores etiam tali pestis tempore possunt ordinari, & tempore Pont. Max. Eugenij erat experta hæc potio, pro qua ℞. Cæpam, quæ terrebretur, & intris ponatur olei ruthacei, de nucibus, theriacæ elect. an. ponatur super prunis, bulliat ad coctionem, exprimatur, & succus qui exierit bibatur; ægrotus autem qui hanc sumpsit potionem abstineat se à cibo & potu per horas 12.

Alia potio facta cum vino tempore pestis, pro qua ℞. rad. tormentillæ lib. 1. pistentur grosso modo, infundantur in vini albi odori lib. 4. per duos dies. Dosis sit ad pondus onc. 2. omni mane. Idem fieri potest etiam vinum cum rutha caparia dicta ab aliquibus galega, addendo in d. vino de succo depurato eiusdem herbæ vsq; ad onc. s. dosis est eandem cum superata in mane.

Possunt etiam fieri aquæ sublimatæ ad eundem effectum, vt vna descriptio est hæc, pro qua ℞. rad. gentianę, asparagorum an. pug. 1. minutim omnia incidantur, ponantur in boccia cum aqua vitæ quæ cooperiat omnes herbas supra per duos digitos, claudatur boccia optimè ne exhalet, exponatur feruenti soli per mensem, postea coletur quæ restat aqua seruetur vsui in vase bene clauso. Dosis est pondus drag. 2. prodest pesti, calculo renum, dolori iliaco, & pleuresi in principio.

Emplastra etiam maturatiua fieri possunt in curanda peste istius formę, pro quibus ℞. cæpas albas quantas vis, coquantur sub cineribus, postea bullito ipsas cum melle q. s. & fiat emplastrum ponendum super loco quem volueris.

Aliud emplastrum in alia forma pro quo ℞. limaciarum trium carnem, coaguli hædi drag. 6 succi appij onc. s. croci drag. 2. axungiæ suillæ drag. 3. pistentur

stentur omnia simul, & fiat emplastrum.

Aliud maturatiuum in tali forma. pro quo R. radices, & frondes cucumeris asinini q. vis, coquantur, & pistentur cum axungia, cui adde postea stercoris columbini, & fermenti an. vtere, quoniam est forte maturatiuum.

Lene autem maturatiuum est hoc, pro quo R. farinam frumenti, albumen oui, & mel, misce & applica loco vbi volueris.

Aliud emplastrum, pro quo R. cępam albam nu. 1 excauetur, & intro ponatur theriacæ, ol. ruthacei, anethini, succi cicerbitæ an. q. s. coquantur omnia super prunis, & qaod extrahitur à cæpa pistetur cum medulla panis recentis, fiat emplastrum pro vsu.

Aliud. R. butyri, olei anethi, liliorũ alb. an. onc. 1. stercoris columbini fermenti an. onc. 1 s. m. fiat emplastrum.

Aliud. R. fel bouis nu. 1. imbibatur in eo medulla panis, pistetur, & applicetur loco.

Aliud. R. rorismarini, saluiæ, ruthæ, fæniculi, marrubij, brassicæ, cępę albæ, cicerbitæ an. m. s. pistentur omnia, & super lamina testacea calida ponantur, & cum aceto, oleo camom. & oleo anethi madefiãt, & ita calida ad modum emplastri ponantur super loco.

Aliud. R. farinæ frumenti, albuminis oui, mellis an. ad placitum, m. fiat emplastrum sine igne cum additione croci, butyri, ad ipsis gallinæ an.

Vesicatoria etiam bona sunt in peste, quorum forma talis esse potest, vt, R. cantaridarum drag. 3. fermenti drag. 1. axungiæ porci drag. 2. pistentur omnia, & applicentur loco, in quo quãdo fuerint factę vesicę, pone axũgiã vel butyrũ cũ caulibus feruefactis per aliquot dies, postea vnguẽta secundũ quod opus tibi uidebitur.

Aliud pro mortificatione Anthracis, vt ℞. cantaridarum, stercoris, columbini, fermenti, sinapis an. drag. 1. pistentur simul omnia, & ponatur super loco, quo remoto remedio, applicetur axungia.

Vnguenta quoq; possunt confici in hoc tempore pestis tali pacto, vt ℞. olei antiqui lib. 1. limaturę cornu cerui drag. 2. corall. rub. diptami an. drag. 3. rosas incompletas num. 12. gariophilos nu. 15. ossa de cor de cerui nu. 2. boli arm. drag. 2. s. puluerizentur omnia. ponantur in phiala, bulliant in balneo mariæ per horas 6. Colentur, seruentur, & ponantur cum his omnibus drag 2. vnicornu subtilissimè triti, misceātur cū tota materia, in qua bulliat vnicornu per horas 6. & in ea quatuor nūmi aurei igniti extinguantur per quatuor vices: quod totum postea ponatur in phiala ad solem per longū tempus. quoniā optimè perficitur. vsus huius vnguēti est vngere circa cor, ter in die calidè, & etiā circa renes à spatulis īfra; qua facta unctione coope riatur homo, quia sudabit, & breui miraberis successū.

Aliud vnguentum pro loco pestis, vt ℞. colophonię, terbenthinæ, olei communis an. q. vis; bulliant omnia simul, & est bonum.

Vnctiones etiam fieri possunt secundum modum hunc, vt ℞. olei anethini, camomelini, adipis gallinæ an. dissoluantur omnia simul, calefiant, madefiat in eis stupa cannabis, & calidè loco doloris superponatur.

Pulueres carnem facientes taliter fieri possunt, vt ℞. euphorbij, masticis, thuris, tormentillæ an. drag. 1. fiat puluis & ponatur super plaga.

Alius puluis. ℞. masticis, thuris, boli armeni, sanguinis draconis an. dr. 1. pulēueriztur omnia, et vtere.

Electuarium in peste optimū est hoc de medietate recepta, vt ℞. oximi gariophilati, sem. citri, sem. acetosæ

an drag. i. s. diptami, zedoariæ an. drag. 1. cornu cerui vsti & albi præp. drag. 1. spodij. gr. 15. coriandrorum præpar. santalorum omnium, boli armeni an. dr. 4 zuc. rubei onc. 2. s. ther. onc. 15. mithridatis onc. 1. granorum solis onc. s. camphoræ drag. 1. folia auri nu. 15. cum syr. de acido citri q. s. fiat mixtura, dosis est dr. 1. cum decocto tormentillæ, vel aqua scabiosæ.

Electuarium theriacale & bezoardicũ valens contra venenum sumptum, aut sumendum, contra pestem, fungos, limacias, & alia venenata. Contra arsenicum, risagallum & alia. Sumatur autem ad quantit atem fabæ in aqua. Valet etiam contra morsum serpentum, canumq; rabidorum cũ vino, & optimum remediũ est, et potentissimũ, pro quo ℞ myrrhæ, aristolochiæ longę, et rotundæ an. dr. 1. s cẽtaureę, carlinę baccarũ lauri, fænugræci, diptami alb. et nigri, tormẽtillę, bistorię, ligni aloes, corall. alb. et rub ambræ croceæ, granorũ iunipe ri, ligni balsami. florũ genistæ, bettonicæ, ruthæ capra riæ s. nasturtij, florũ rorismarini. lĩguæ ceruinæ, rad. sõ ci, sem. agni casti, foliorũ eiusdẽ, scordei, allij sylue stris, castorei, laudani, boli arm. calami aromatici, argẽtillę, perforatæ, iberidis, corallinæ an. onc. s. nigellæ, centaureę mai. et min. sem. hędere, gũmi hędere, vitrioli vsti, sem. balsami. an. dr. 2. s. cãcros fluuij nu. 2 os de corde cerui nu. 1 cornu cerui vsti, asphalti, terræ lemniæ an. dr. 2. agar. præp. cãphoræ, piperis lõgi. et rotundi, beẽ alb. et rub. cassiæ ligneę, cĩnamomi an. dr. 2 rhab. elect. cetrach, camedreos, palmæ Christi an dr. 3. satyrionis, zedoarię, ol. de bals. masticis, storacis calamitę an dr. 3 rhapõtici, marg. pp. rasuræ eboris, vnicornu an. dr. 1. cardi sancti, cymini, valerianæ vtriusq;, origani, nepetæ, mẽthæ, rad. pæoniæ, sem. eiusdẽ, matricariæ, mẽthastri, verbenę an. dr. 12. florũ primulę veris, arthemisię,

rad. lil. orientalium, rad. buglossi rad. imperatoriæ, an. onc. 2 fragmentorum quatuor pretiosorum, sem. acetosæ an. onc. s folia auri nu. 12 spicæ nardi, spicæ celticæ an. drag. 1, squinanthi, quinq; folij an. onc. s. pistentur pistanda, cribentur, & cum melle despumato q. s. fiat electuarium cui addatur oxim. squilliticum, & pro qualibet libra pulueris ponatur electuarij de gentiana onc. 2. condatur in vase vitriato, vel plumbeo ad vsum. Electuarium de gentiana fit de radicibus gentianæ melle conditis. Et ita sit completum hoc opus de peste, ad laudem, & honorem Dei Opt. Max. & beatæ semperq; virginis Mariæ matris.

RELA-

RELATIO CONSTITVTIONIS ANNI CVRRENTIS M. D. LXXX.

Francisco Thomasio ex Colle vallis Elsæ Tusco Medico physico authore.

ET si ea perturbatio est omnium hominum, vt sua quemq; fortunæ maximè pæniteat, tamen inter homines, medicorum ea conditio est pessima, vt nullibi & dicentes & facientes sine querela viuere possint. Quare per hanc artem exercendã ductus ad Cortonẽses populos sub die primo Iulij 1580 quid nam primum cognoscendum, quid eligendum, & quid agendum à me foret cum perplexitate in dubio stetit animus. Ratioq; dubitationis potissime vigebat, quia nulli erant ęgrotãtes, & longa videbatur salubris præteritorum annorum constitutio, à qua nulla corporum perturbatio expectabatur. Attamen penes me insurrexit timor ingens ob sententiam Hypp. dicentis: natura non fert duas successiuas afflictiones; quorum verborum sententia ab ipso met Hyppo. declaratur in aphor. 3. primi lib. quando inquit: corpora cum in melius labi nõ possint, necesse est, vt in deterius labantur; quia in eodem consistere nequeunt, id quod vt illico contingeret cognoui experientia. Si quidem vix attigi morborum succedentium curationem, et statim per-

sensi venenum, quod latebat in his corporibus, quę infirmabãtur. Sed quia eiusdem scientiæ est teste Hyppo. morborum causas nosse, & morbos curare posse, ne error contingeret in cognitione & curatione, sub hac distinctione relationem breuius quàm potero conscribere decreui.

Principio temporum anni rationem habendam esse duxi, & quantum quodq; eorum potentia valere possit. Hoc autem ex hac re venit in mentem mihi noscendum, quia dissimilis in hoc anno visa est vltima pars Aestatis cum principio Autumni, nec simile quicquã habuit cum cęteris partibus anni Etenim æstus repente tantus accessit & irruit in fine dierum sub cane, & sub leone syderibus, nullis spirantibus ethesiis, & terra existente humida à vernis & æstiuis imbribus, & ab austro. Quod sæpè manifestum fuit ob repentinas magnas mutationes frigoris & caloris, vt tandem necesse fuerit æstum fore duplicatum, & à terra irrigua, & à sole vrente. Atq; inde ortum est, quòd cum ventres in hominibus nondum restricti essent, neque cerebrum resiccatum, & corpus & caro non humore fluida forent, vt febres (de quibus inferius dicetur) in omnes homines irruerent, & maxime in pituitosos & molles, inter quos mulieres ex læui causa passæ sunt dysenterias, & vtero gerentes abortus.

Secundo cognoscendum duxi, qui flatus ventorum calidorum & frigidorum essent potentes, & maximè qui ex ijs sunt communes hominibus, & qui proprij, & indigenæ in hac vel in illa regione; similiter qui situs, & qui solis aspectus. Totum autem hoc per exemplum sumptum à Cortona ciuitate manifestabo, vt inde de cęteris ciuitatibus & locis facile periculum fieri possit. Quæ ciuitas Cortona, inquam, maiori ex

parte ad ventos calidos sita est, & inter brumalem solis exortum, itidemque occasum ab eisdem perflatur, qui venti huic ciuitati sunt peculiares: à septentrionalibus autem ventis magna ex parte tuta, & protecta est, & si quid ab ijs perflatur, dependunt à montibus, quibus subiacet, potius malæ quàm bonæ mutationes. Quare cum in hac constitutione ventus in caliditate excessum pateretur, & non haberet vnde pabularetur, ob herbarum, frondium, humiditatum, & aquarum defectum, homines ita pabulabatur, vt non cognosceres eosdem esse qui prius erant.

Tertio aquæ frigidę aduentitiæ ad hanc ciuitatem sunt, ex superiori seu altiori monte surgentes, & scaturientes ex lapidibus, fluentesque per vniuersam ciuitatem, tactu frigidę, asperæ lotu, reclusæ in fontibus lapideis in quibus stagnant, pondere graues, stomacho aduersantes, ob cruditatem, & quæ nec cito calefiunt, nec cito refrigerantur; facultatem habebant in hac constitutione aeris vt excitarent tusses, eructationes, ventris tormina, & grauitatem viscerum, quando ad plenitudinem potabantur.

Quarto, terra in hac ciuitate nuda est, de se caret aqua, ex parte densa, ex parte concaua & æstuosa; sed quia alta est, ideò suscipit ab altioribus montibus frigiditatem, & siccitatem. Quę mutationes quando magnæ sunt, magnas secum ferunt corporum afflictiones.

Quinto imminet ciuitas hęc paludibus & lacubus, veluti sunt Clanes à meridie, & ab occasu solis, ab ortu vero versus meridiē lacus Trasimenus. A

quibus ſæpe oriuntur euaporationes ſecundum acceſſum & receſſum ſolis, vnde ortum habent magnæ aeris mutationes, & fiunt morbi. Ex quibus omnibus aſsignatis cauſis, cum ſecundum omnes homines tam ciuitatis quam comitatus communis morbus vagaretur, & maximus adeſſet timor, ne in deterius irrueret, iudicium feci, & arbitratus ſum, quòd ſi æſtatis finis cõtingeret ſiccus citius ſedarẽtur morbi, ſi verò pluuioſus diuturni fierent, & phagedenas exedentes ex omni occaſione oboriri poſſe ſi vulcera fierent.

Supereſt, vt de Cortonenſium dięta, qua omnes maximè vtuntur relationem faciam, & dicam, quòd omnes ſunt compotatores, ſalij, lucri cupidi, ocio dediti, varia exercitia tentantes, choreis indulgentes, tolerantes nulli, & qui execrentur, plus poculorum appetant quàm ciborum quod mirum non eſt, eò quod locus ciuitatis accliuis eſt, ſaxoſus, inęqualis, aſper, & ſudore parandus; quiq; facit tantam defatigationem corporibus, vt multo æſtuoſo calore laxata membra inſtar ſpongię ſine concoctione, & cum multa cruditate hac atq; illac exugunt quicquid intra ſuſceperint, vel ſit cibus, vel potus, vel vẽtus, vel in locis ſubterraneis incluſus aer. Vinum bibunt homines iſti à montibus altis immaturum, à ſaxoſis collibus grãde, à conuallibus molle, et craßum. Frumentum à montibus ſiccum, ponderoſum; à vallibus lęue, molle, minoris ſubſtãtię, & quantitate magnum: eius tamen molitura hanc fert conditionem, vt vel male paretur mola, vel vt multa ſubſtantia terrea in areis miſceatur; ex qua iactura fit panis durus, aſper, & terraceus, qui publicè cum magna hominum diſplicentia comeditur.

Natura hominum ſicca eſt, colore ſubflaui, recti corpore, cruribus graciles, proni ad libidinem, frequentes in canti-

in cantilenis, loquaces, garruli, irrisoresq;: qui verò vitant hæc vitia, & virtutes sequuntur, multo ingenio præditi sunt, quia amātes studia academiam publicam frequenti lectione frequentant, custodiunt & cōmode profitentur. Itaq; illi medici qui supradicta optime rimantur facilè vniuscuiusq; tēporis ac anni futuri cōstitutionem prędicere poterunt, uidelicet qui morbi cōmuni affectione ciuitatem hanc sint inuasuri, tum æstate tum hyeme; & quæcumq; pericula sint timenda ex mutatione consuetudinis secundum victus rationē. Verum quia in vniuersa Tuscia, cui dominatur Sereniss. D. Franciscus Medices hæc constitutio grassata est, & paulò post attigit Romam, Vmbriam, Picenum & Romandiolā, cuius aggressus ita inopinatè et repētè fuit, vt nullibi pro ea modum medendi opportunum possent Medici profiteri. Attamen qui periti erant in arte facile cognoscere poterant, quòd æstas sicca plerūq; nubila, aquarum inops, ethesiæ parum aut modice spirantes, sparsi, aeris status ad austrina vergens, siccitates crescentes, antea verò ex subcontrario Aquilonio vere transacto, febres ardentes paucis hominibus vt suborirentur fuerunt in causa. Modo experimento probatū est, quòd quę febres oriebātur naturam ephimerarum plurium dierum maxime referebant; si quidem in spiritibus ita vehemens concitabatur motus corporis, vt qui homines ab ijs febribus detinerentur, suffocari viderentur. Tussis erat lacerans, sputus crassus, lingua alba, nares humidæ, oculi à lachrymis mordebantur, aures resonabant, pectus et stomachus dolebant, intestina fiebant fluida, vrina tenuis, clara, subfulua; fluxus sanguinis narium lienosis, aut patientibus hepatis inflammationem, aut pulmoniā: mulieribus verò supra per os, & infra, supra verò per os quibus menses de-

tenti erant. In febribus dolor capitis, grauedo, & in fine plurimus sudor spiritus multus, stillicidia vrinę, & quę stillicidio contingere solent, nẽpe stranguria, dissuria, passio diabetica, testiculorum inflammatio et pubis simul, à quibus omnibus ægroti maximè torquebantur. Quæ omnia senibus erant ad mortẽ, iuuenibus ad sæuitiã, pueris et infantibus ad tolerantiã. Ex quarũ omniũ perturbationũ sęuitia et feritate ortus est ingẽs timor in populos, an secundum hãc anni constitutionẽ sęuiret pestis; metus siquidem multiplicabatur ex eo, quòd quando in vna familia hęc symptomata aliquem adoriebãtur, ab vno crimine omnes domestici infirmabantur, & sic domus domũ, et ciuitas ciuitatẽ fascinabat. Ex relatione etiã fide digna audiui multos Senis, et Florẽtiæ in principio accessionũ mortuos esse, ac si suffocarentur, quos credo aut fuisse senes, aut tabidos, qui multũ cibi & potus abligurierãt: et censendũ fore arbitror illos nõ à contagio periisse, sed ab immoderantia ęstus, euaporationis, calidi aeris, & caliginosę terræ, cui nullo presidio à flantibus ethesiis succurrebatur. Adhuc pestis dicebatur, quia omnia hominum corpora adoriebatur per cõtactum; & qui per dies aliquot restiterunt, paulò post quin subirent idẽ discrimen conualere non poterant. Attamen hæc conditio inter homines erat, ut nullus timeret mortem, nullus fugeret accessum, sicuti contingit in constitutione verę & proprię pestilentię: omnes siquidem omnibus compatiebantur, & si quid fœdi erat in ægrotantibus nisi spurca sputamina, tusses & screatus cernebantur.

Insuper nominabatur pestis ob vitiatum cælum, cui facile respondebatur, quòd in cælo nullum erat cõtagium, quod odore, colore, et sapore perciperet ur, aut per latentiam occultaretur, sed manifestus erat quidam

exces-

excessus in calido, ob quem facilè corpora mouebãtur à suo temperamento. At cum temperamentum corporum sit, & consistat in virtutibus, in humoribus & in spiritibus: ideò in hac constitutione ob violentiã illatã exterius spiritibus, sequebatur ingens motus ipsorum in corporibus, & eueniebant illa symptomata, de quibus iam dictum est. Similiter actiones secundum spiritus alterabantur, sed non ponebantur in alterato esse, & tandem humores non incendebantur, quia nullæ febres humorales subsequutę sunt, & si quæ cõtingerent, naturam simplicis & puræ tertianę referebant; licèt in aliquibus hemitritei vigere conspecti sunt, attamen minimę erant efficaciæ, vt paruis diebus interciperentur. Quare inter Tuscos nulla facta est commercij prohibitio, & siqua erat, secum portabat suas cruces. Etenim qui in aliquo loco sani erãt, per accessum ad alium locum infirmabantur; sed nullæ apparebant cutis defędationes, neque carbones, licèt aliquibus in principio accessionum nonnullæ papulæ rubræ, & cito euanescentes prę sudore conspiciebantur. Nulli etiam bubones in inguinibus apparuere, nullæ nascentiæ sub alis, & parotides nullæ post aures. In fine autem ægritudinum dolores in spatulis, in toto pectore, & circa septum transuersum, & subcingentes costas grauitèr contingebant, sed facilè cum anodinis resoluebantur.

Ex quibus omnibus signis & symptomatibus facta est conclusio, morbum hunc non esse pestem, sed morbum communem, secundum primam aeris constitutionem; de qua loquitur Hyppo. primo de morbis popularibus.

Dubitatur adhuc, an constitutio h-c sit de natura morbillorum, super quibus nonnulli medici arguunt eos esse Pestem. Quibus facilè respondetur

morbillos non esse pestem, eo quod non conueniunt in definitione cum peste; siquidem pestis est morbus pascens mortalium corpora, ob vitiati aeris euaporationem, de qua in tractatu nostro de peste plura loquuti supra sumus; morbilli verò sunt efflorescentes tumores in suprema corporis cute; atq; hinc est, quòd (cũ morbilli non sint pestis, sed potius præcautio à peste) aut ipsa existente, & illis aduenientibus peitis cessat. Ita dicendũ de morbis aduenientibus in hac aeris constitutione, siquidem omnes ostendebant aut præcautionem, aut à peste liberationem, quod comprobatur ratione & experimento. Ratio est ex Hipp sic dicẽte: parua causa medelis exoluitur, nisi quid locũ principalẽ offenderit, at inter paruas causas exterior numeratur, quia ex contrarijs habet medelam suam & castigationem; ergo. Et quotiescunq; cõmunis fuerit, cõmuni etiam medela castigari poterit, vt patet in experimentis. Plures aliæ rationes dici possent, de quibus in tract. nostro de peste loquuti sumus. Experimentum autẽ euidens est, & nulli dubium, quòd mẽbra principalia, quæ ab hoc morbo affligerentur, facilè etiam purgarentur, quando rectè medicamenta habuissent in vsu: siquidẽ caput mũdabatur per nares, per oculos, per aures, & per palatũ continuis fluxionibus. Pectus purgabatur per sputamina, licet essent crassa, cõpacta, & difficilia in excretionibus. Vrinæ multæ, tenues, dilutæ, & subfuluæ. Deiectiones fæcum non paucæ, & diarrhææ cũ timore. Vomitiones cum multo amarore linguæ, palati, & eorũ quæ euomebantur. In magno impetu morbi sæpe fluxus sanguinis contingebat; nec nõ ita laxabantur corpora, vt se homines mori faterẽtur. Verum ex his deiectionibus, purgationibusq; eadẽ corpora remanebant immunia ab omni humorum noxiorum multitudine, ita vt facilè omnis

febris

febris & perturbatio solueretur; & si qua febris erat præter ephemerā, dicebatur de genere tertianarum simplicium, cum minimis accidentibus: perturbatio autem erat secundum omnium membrorum lassitudinē, à qua facilè soluebantur illi, qui rectam curationem secundum medicas administrationes exequebantur.

Prædictiones à Medicis fuerunt multæ, verum qui acutos morbos esse fatebantur, nullā mortis aut salutis dicebant prædictionem; qui verò symptomata obseruabant aliquos morituros, et nōnullos saluos fore pollicebantur. At qui naturam morborum & symptomatum extuberantiā recto iudicio perscrutabātur, omnia tuta & salubria fore rebantur: siquidem velocitas motus in spiritibus arguebat morbi breuitatē, æstus spirituum facilem resolutionē febres ephemeræ plurium dierum naturæ & virium potentiā, remissiones symptomatum salubritatis recuperationem. Itaq; hoc facilius diiudicabatur, cum nulla cōtingeret in humoribus perturbatio, vel parua, ita vt nullo pacto impedimēto esse posset integræ iudicationi; imo omnes morbi contingentes secundum impetum victoriæ spē pollicebantur, & taliter vt ne egrotus quidem à morbo perderetur. Quare cōcludi potest hos morbos non fuisse pestilentes; & ex consequenti non fuisse pestē. sed si quid mali secundum præfatam constitutionem referebant; id totum ad communem constitutionem in calido, sicco humidoq; æstuante referri potest; morborum etiam accidentia minus erant sæua, & minus mortifera, quàm quæ in morbillis contingere possunt & in papulis. Si quidem (vt dictum est) potius præcautionem & liberationem à peste quàm pestem fore existimandum est. Inimica autem hæc cōstitutio cognita est tabidis, ecthicis, & ijs omnibus qui proni sunt ad marasmum. Etenim omnes ij qui tantum

ferre non poterant impetum huius constitutionis, ex leui occasione & infesta correpti, facilè in perditionem & mortem inciderunt.

Intentiones deniq; curatiuæ fuerunt plures & simplices; & relicta sanguinis missione, & medicamento exoluēte, in quibus nulla spes erat salutis, ita dispositа est curatio. Motui resistebatur per medicamentum firmans, quod fuit saccharum rosaceum, calori per aquā hordei, febri ephemeræ per semiplenam diætā cum farre, ptisana, succo ptisanæ, lenibus sorbitionibus, iuscu-lisq; ex pane, pulla, et veruecina carne. Abstinētia dabatur à carne & à vino per tres dies, quòd si in hoc triduo ęgroti multum spuebant, & ea quæ stillicidio contingere solent, succedebant, atq; febris remittebatur, carnibus & vino albo nutriebantur. Tussis facilis reddebatur cum sauonea in forma liquida, dolor capitis tollebatur per cucurbitulas cum scarificatione, impotentia motus pectoris quando contingebat cum tensione, & cum difficultate respirationis; soluebatur cum emplastro de caulibus Pauli Aeginetę. Siccis fæcibus erant obuiam mollia clysteria, fluori vētris lotina enemata succurrebant. Quibus omnibus intentionibus rectè & tempestiuè administratis, in hac temporis cōstitutione ita fæliciter ægrotantes conualuere, vt pauci vel potius nulli in hac ciuitate periere; quid autem futurum sit post vigesimam quintam diem mensis Augusti 1580. Deus Opt. Max scit. cæpit autem leuiter pluere, ethesiæ spirauere, corpora respirare cæperunt, faxit Deus, vt quod ex humano iudicio perquiritur, habeat suæ voluntatis complementum.

FINIS.

ECCEL.

ECCEL. VIRO DOMINO MICHAELI Ruez Hispano Illustriss. & Reuerendiss. Cardinal. Dez. medico physico.

GRatulor, Gaudeo, tueor, amo, quid dicis, & quid dicatur, à te certior fieri cupio.

Franciscus Thomasius.

TABVLA CAPITVM, quæ in hoc opere continetur.

REGESTVM.

A B C D E F G

Omnia sunt folia.

ROMAE.

Excudebant Alexander Gardanus, & Franciscus Coattinus Socij. 1587.